TRACTATVS
DE EVICTIONIBVS
GASPARIS CABALLINI
IVRISC. PICENTIS,

Additionibus quamplurimis in extremo opere illuſtratus.

CVI ACCESSIT

Eiuſdem libellus de Aedilicijs actionibus.

Index Materiarum locupletiſs.

SECVNDA EDITIO.

CVM PRIVILEGIO.

VENETIIS, Apud Iordanum Zilettum.
M. D. LXXIII.

Argumentum Operis.

Euictionis origo, diffinitio, ſpecieſq; explicantur. Quæ præcedere debeant, vt de Euictione agi poſsit: cum quibuſdam quæſtionibus appendicibus. Quibus in contractibus locum habeat. In quibus caſibus non procedat. Poſtremo euictionis formula ponitur &c.

13.3-B.3

ILLVSTRISSIMO, AC REVERENDISSIMO D. GABRIELI PALEOTTO, CARDINALI AMPLISSIMO.

GASPAR CABALLINVS. S.D.

MEMINI (Gabriel Cardinalis ampliſſime) dum tuus ſcolaris Bononiæ eſſem, in familiari colloquio ſermo incidit de Euictionis materia, conquerebaris multum quòd antiqui, & moderni Iuriſprudentes in ea pertractanda exiles, & ieiuni fuere in re tam neceſſaria, & forenſi praxi valde accommoda, reprehendens illos, quòd in re non dubia eorum operam conſumpſerunt, prętermittentes ea in quibus multum laudis, & diuturnæ memoriæ gloriam conſecuti fuiſſent. Ego tuum conſilium alta mente repo-

019

ſui, & mecum ipſe cœpi perquirere, & materiam ipſam contemplari, & longo in ea ſtudio inſudare. Tandem, velut catellus, qui maiores canes ſuo latratu incitare ſolet, in hoc uaſtum pelagus deſcendens, experientia, & auctoritate viros excito, & in hanc legalem palæſtram appello. Mihi ipſi in eo ſatisfaciam, ſi mea opera maioribus noſtris anſam præbeat melius hanc euictionis materiam pertractandi. Illud interim prætereundum non duxi. dum in Gymnaſio Bononienſi magna cum tua laude publicè de manè ius ciuile interpretareris, ecce Paulus illius nominis Quartus Summus Pontifex in Rota Rom. Auditorem elegit, ubi per decem annos plus minus magna omnium admiratione verſatus es, ita quidem, vt coacto œcumenico Concilio Tridenti Pius huius nominis Quartus Pontifex Maximus te unum ſelegit, vt ibidem

pro

pro Rom. Ap. Sede aſſiſteres, eoq; tandem completo cum ex aliorum relatu Pontifex ille cognouiſſet, ſumma cum diligentia omnia tibi commiſſa à te pertractata fuiſſe, ad Cardinalatus apicem promouit. Poſtremò modernus Summus Pontifex Pius Quintus, religionis, & iuſtitiæ cultor, cum in te omnia conſpiceret, quæ Epiſcopo conuenire Diuus Paulus dixit, Bononienſis Epiſcopatus perpetuum Adminiſtratorem conſtituit, quæ de te concepta ſpes non fefellit, quinimò maiora indies audit, ut alijs & ſanctitatis, & pietatis exemplum quotidie præbeas. Non omittam Vincentium Paleottum magnum Iuriſconſultum Alexandri Imolenſis teſtimonio, cuius inter ſua Reſponſa celebrem memoriam habemus: quem tu non ſolum æquaſti, ſed etiam illius gloriam præripuiſti. teſtatur ille tuus de Nothis, & Spurijs tractatus,

teſtantur quotidie miranda tua geſta. Sed hic pedem ſiſto, ne uidear uelle Solem facibus illuſtrare, & tuam gloriam his meis encomijs offuſcare potius, quam explicare. Tu igitur (Ampliſſime Præſes) hos noſtros labores qualeſcunque ſint tua gratia dignos puta. tu mihi ſolus occurriſti, cui magis hæc dictata conueniant, legum peritiſſimus, Præceptor, & Patronus, cum iam me in tuam clientelam receperis. Videbis materiam ipſam compendioſo stylo (licet non ſatis erudito) pertractatam. Scio te illam probaturum, tum quia nouam, tum quia multis aditum præbebit meliora, & utiliora tradendi, eam interim à Vitilitigatorum morſibus defende. Viue diu fœlicem; & Gaſparem tuæ virtutis admiratorem tua gratia dignum puta. Cinguli, Kalendis Junij 1569.

17-3-A-3

GASPAR CABALLINVS, AD LECTOREM.

SCRIPSERVNT multi (*Lector beneuole*) *varios in iure tractatus, vt forenſium cauſarum patronis labores minuerent, & tamen (res mira dictu eſt) omiſerunt rem adeo neceſſariam, vt poſteris occaſionem præbuerint conquerendi. Rationem illam conectari poſſumus, vel quòd minimè ipſi putauere materiam ipſam Euictionis eſſe adeo abſtruſam, vt multum laboris, & temporis conſumendum ſit, ſi quis caſus occurrerit, quin ſtatim è veſtigio inueniatur: vel, quòd ipſi dubitauere in materia tam conciſa, & inutili, ſparſimque à Doctoribus pertractata periculum de ipſis facere. Vtcunque ſit, ego pro induſtria mea, partim camerali ſtudio, partim forenſi ſtrepitu aliqua didici, & in vnum compilaui, mihique inhoneſtum videbatur, vt intra puluerem deliteſceret. propterea viſum eſt in publicum dare, ut aliorum iudicium experiar, ſi ſaltem aliis occaſionem præbuerim meliora quandoque tradendi. Quod mihi ſatis eſſet, quia ego non is ſum, qui multa de me præſumam, qui in paucis verſari ſoleo. Tu igitur (humaniſſime Lector) hoc quod tibi exhibemus paruum de Euictionibus munuſculum accipe hilari (vt ſoles) vultu. non dubito quin aliqua non iniucunda offendas dele-*

ctabit lectio, quia nouum eſt opus: delectabit & materia, quæ in praxi multum frequens eſſe ſolet: non diſplicebit ſtylus (etſi non ita politiori ſermone tradatur) & laudabis forte Auctoris inuentionem.

Vale, Cinguli, kal. Iunij 1569.

TRACTATVS
DE EVICTIONIBVS
GASPARIS CABALLINI
IVRISCONSVLTI.

SVMMARIVM.

1 *Euinco idem quod vincendo extorqueo.*
2 *Validiſſimum teſtimonium ſua cuique fides.*
3 *Fides appellata vt fiat quod dictum eſt.*
4 *Inter bonos bene agier oportet.*
5 *Graue facinus eſt fidem datam fallere.*
6 *Ne quis fratrem ſuum in negotio circumueniat.*
7 *Euictio propter bonum publicum introducta videtur.*
8 *Statuta maleficia punientia extendenda.*
9 *Euictio videtur remedium pœnale.*
10 *Concluditur eſſe remedium mixtum.*
11 *Actio ex empto pro euictione.*
12 *Actio ex ſtipulatu pro euictione.*

PRÆFATIO.

EVICTIO elegans nomen eſt, nec humanarum literarum auctorib. incognitum. Nempe Cicero Act. ſecunda in Verrem ita ait: Qui tam nefarijs criminib. tam multis ex

tis ex faſtibus euictus cra iudicum aſpicere, atque os ſuum populo Romano oſtendere au deret. Virgilius 4. Aeneid. Tu lacrymis eui-
a cta meis [a] &c.
1 Significatque † idem, quòd uincendo extorqueo. Liuius libro ſecundo ab vrb. cond. Omne id tempus cum coniuratis conſultando abſumunt, euincuntque inſtando, ut literæ ſibi ad Tarquinios darentur. Columella libro ſexto, capite quinto: Euincendi ſunt autem quamuis peſtiferi morbi, & exquiſitis remedijs propulſandi. Et in hunc ſenſum Marcellus Iuriſconſultus accepit dum in titulo de regulis iuris, dixit: Quod euincitur
b [b] non eſt in bonis. Idem Paul. Iuriſc. in tractatu de euictio. inquiens: Euictus autem à creditore tunc uidetur, cum ferè ſpes habendi abſciſſa eſt.

Quæritur quare introducta fuerit euictio? Faciebat dubitationem, quod uenerabile quiddam, & immaculatum putabatur
2 fidelitas, ac validiſsimum † teſtimonium ſua cuique fides. Zaſius §. de conſtituta, in-
3 ſtitut. de actio. ab eo † ſic appellata; quia fiat, quod dictum eſt. Cicero libro primo Officio. ex quo etiam extitit illa priſcorum
4 temporum aurea vox † inter bonos bene agier oportet. idem Cicero libro tertio Offic. & libro ſeptimo Epiſt. Fam. cui fidei templum

plum Romæ erectum erat, teſte Halicar. libro ſecundo.

Adeoq; ſacroſancta priſcis, & erat fides,
5 & habebatur, non ignorantibus † quam graue, turpeque facinus ſit ſemel datam fidem 7
fallere. l. prima, de conſtituta pecunia. l. poſtquam. §. Imperator, ut leg. nomine caueatur. Cicero in Orat. pro Sexto Roſcio Amer. Id propter illo ſic fœlici ſeculo omne id, quod agebatur inter homines ſeruabatur, ut nec latum quidem unguem à promiſsis recederent, ſic conſtans erat inter ipſos fides.

Verùm gliſcentibus deinde moribus in 8
peius, neceſſum fuit illud, quod in hominum fide conſiſtebat in legis nexum deducere. Quocirca, cum aliquando accideret,
vt promiſſa non adimplerentur: vel, quia 9
non eſſet res promiſſa in bonis promiſſoris, vel facilè à manu accipientis extorqueretur ſecuta traditione: vel, quia in limine contractus immineret euictio, ut homines auocarentur ab huiuſmodi alieni promiſſis ſub ſpecie, ac uelamine rei propriæ, introductum fuit remedium euictionis, quandoquidem Diuus Paulus dicat ad Coloſſen-
6 ſes. 1. capite quarto. † Ne quis fratrem ſuum in negotio circum ueniat, uel ſupergrediatur.

Secundò

Secundò dubitatur, an iſtud remedium euictionis ſit fauorabile, vel odioſum? Videbatur dicendum, quod eſſet fauorabi-
7 le, † quoniam bono publico introductum eſt, ut rerum commercia libera, & abſque fraude procedant, argument. l. prima, de vſcapionibus. velut in ſimili dicimus, quòd in maleficijs puniendis fauor publicus uertitur, cum reipub. interſit, ne maleficia remaneant impunita. l. ita uulneratus, ad legem Aquiliam. & propterea dicebat Bartolus in l. ſecunda, §. exercitum, de his qui notan. infamijs. l. quemadmodum. C. de agri-
8 colis & cenſi. libro vndecimo. † quòd ſtatuta maleficia punientia extendenda ſunt fauore publico.

In contrarium facit, quòd imò ſit odio-
9 ſum, † quoniam eſt remedium pœnale, ut probatur in rubrica hoc titu. dum dicitur de euictionibus, & duplæ ſtipulationibus. &c. & in l. ſecunda, illo tit. Paulus Iuriſconſultus dicit: Si dupla non promittitur, & eo nomine agetur, dupli condemnandus erit reus &c. ita ſentit Paulus de Caſtro in l. cum emptor, ad legem Falcidiam. Cum igitur ſit pœnale, odioſum reputatur. ideo reſtringendum cap. odia, & ibi not. Dynus, de regulis iuris, lib. 6. l. commodiſsime, cum ibi not. de liberis & poſthumis.

10 Concludendum † uidetur, quòd ex parte agentis dicatur fauorabile, ex parte uerò rei conuenti odioſum, vt in ſimili dicunt Doctores de ſtatuto excludente fœminas propter maſculos, &c. quòd tale ſtatutum ex capite maſculorum eſt fauorabile ratione conſeruandæ agnationis, ex capite fœminarum eſt odioſum, ut not. Bald. poſt gloſſ. ibi, & alij ſequuntur in l. prima, C. de in ius vocand. Iaſon l. qui exceptionem, de condictione indebiti. Verùm in his diu immorandum non eſt, cum ad utiliora properemus. poteris tamen multa mutuare etiam ad ſaturitatem ab Andrea Tiraquello, qui copioſè loquitur in præfatione ad tractat.de retractu proximiorum.&c.

Tertiò quæritur quomodò appelletur actio, quæ oritur ex euictione? Bartolus in l. qui concubinam, §. ſi hæres, de legatis tertio. & in l. Ariſto. §. primo, de donationibus. quem ſequitur Aretinus in §. actionum, numero vigeſimoſecundo, ibi, & aduerſus &c. Inſtitut. de actionib. tenet, quòd 11 † appelletur actio ex empto pro euictione, quæ naſcitur ſtatim re euicta. & hoc probat text. in l. non dubitatur. C. de euictionibus. Alibi idem Bartolus in l. eleganter, in principio, de pignoratitia actione. in l. ſi quis aliam, de ſolutionibus. nuncupat utilem

lem actionem ex empto, quod colligitur ex l. ſi prædium. C. de euictionibus. quæ cum ſit perſonalis durat triginta annos, qui incipiunt cum res euicta eſt, textus in l. empti, & ibi Salycetus, C. eodem. Balbus de præſcriptio. in 4. part. quartæ partis principalis, quæſtione vigeſimaſeptima. Rebuff. titulo de reſciſſ. contr. articulo primo, gloſſa ſexta, in fine, & gloſſa decimanona, numero uigeſimoquarto, tomo ſecundo. Intelligendum eſt tamen nulla præſtita cautione pro euictione.

12 At illa præſtita nuncupabitur † actio ex ſtipulatu pro euictione, Bartol. in l. cum quis, §. qui hominem, & in l. ſi quis aliam, in fine, de ſolutionibus. Alexander in l. finali, columna penultima, de condictione ob cauſam. Socinus Iunior præceptor meus conſilio uigeſimoſecundo, numero uigeſimoſeptimo, & ſequent. libro tertio. Quæ non eſt actio, ſed actionis nomen, ut aliæ ſimiles, ſicut dictio homo ſignificat hominem, & tamen non eſt homo, quod comprobari poteſt. Nam ideo actiones ex empto, & ſimiles non ſunt propriæ actiones, quoniam cum adiuncto proferuntur, Bart. l. Lucius. §. quæſitum, de legatis tertio. Iaſon l. uideamus, in principio, numero ſexto, de in litem iurando. & l. prima, nume-

ro quinto,

ro quinto, de re iudicata, latè Gomeſ. Inſtitu. de actio. in principio, nume. uigeſimoquinto. eritque actio bonæ fidei ad ſimilitudinem actionis ex empto primæuæ, § actionem, inſt. de act.

SVMMARIVM.

1 *Euictionis diffinitio Azo. & Couucſii.*

2 *Diffinitio eſt breuis oratio.*

3 *Euictio eſt rei emptæ rectè facta ablatio, amiſſio ve.*

4 Emptionis *uerbo omnem alienationem complecti.*

5 *Venditionis appellatione omnem contractum contineri.*

6 *Verbum rectè, ad iuſtitiam refertur.*

7 *Ablatio ſimpliciter prolata importat iure, uel iniuria.*

8 *Amiſſio eſt uerbum priuatiuum.*

§ I. Euictionis diffinitio.

1 EVICTIO † (Azo diffinitore in Sum. C. de eui.) eſt emptæ rei, uel ex aliqua iuſta cauſa acceptæ per iudicis ſentẽtiam abductio, uel (ut puto) alio euincente cauſę amiſsio. Non enim

enim ſemper neceſſarium eſt rē abduci ut ui
deatur euicta.l.euicta.§.1.de euict.Petr.Cor-
ueſ.in add.ad Dec.in l.quod euincitur, de re-
gulis iur. ſic deſcribebat. Euictio eſt abdu-
ctio quædā, uel amiſſio rerū, q́ emptæ ſunt,
uel alio modo alienatæ uero domino inſcio.
2 Verum cum † diffinitio ſit oratio, quæ rem
quæ eſt quid ſit breuiter enarrat, teſte Cice-
rone in Topicis, nos ſub breuiori cōpendio,
utcunque fieri pō t, ſic deſcribimus (reiectis
ſubtilitatibus, quas dialecticis relinquimus)
3 Euictio † eſt rei emptæ rectè facta ablatio,
amiſſio ve.
4 Perſuaſum omnibus eſſe uelim, † emptio-
nis uerbo omnem alienationē complecti ſic
lege xij.tab. diſponente, text. eſt ad hoc pere-
grinus in l.ſtatuliberi à ceteris §.fin.de ſtatu.
lib. quem ſingularem dicit Roma. ſing. 520.
uerbum emptionis &c. Ant.Burg.in cap.fin.
num.25. de emp.& uend.Soci.Iun.preceptor
meus conſ.73.nu.10.& conſil.129.nume.13.
5 lib.2. quemadmodum † uenditionis appella
tione omnē contractum cōtineri l.ſicut §.uē
ditionis,quib.mod.pig.uel hyp.contrah. Sci
mus enim (ut infra latius demonſtrabitur) in
multis ſpeciebus contractuum euictionem lo
cum habere, ut tradunt Docto.in l.ſi domus
§.de euictione,de legatis primò & alibi.fre-
quen-

quentius tamen in emptionum cõtractibus. Hæc tamen emptionis ſignificatio quomodo procedat, & quas declarationes recipiat explicant late Scrib. in l. filiusfam. §. diui. in q. 8. Bar. de leg. j.

Non ſine cauſa dictũ eſt. Rectè factam, qm̃

6 aduerbium † (rectè) ad iuſtitiam cauſæ refertur. l. hæc uerba, la 2. de uerb. ſign. not. Scrib. maximè Alcia. in l. lecta. verb. rectè. ſi cer. pet. Vnde infert, ꝙ ſi per iniuriam iudicis, uel imperitiam ſequatur euictio (vt multoties contingere poteſt) l. ſi per imprudentiam. de euictio. l. ſi non iniuria. C. eod. vel quia emptor fuit in culpa non defendendo. l. ſi ideo. de e-

a uict. aut non denuntiando litem ſuo [a] auctori. l. emptor. C. eod. vel quia ui ablata, occupata ve eſt. l. fina. C. de act. empt. non tenetur uenditor de euictione, quæ omnia ſuo loco expendentur.

Si ſimpliciter eſſet prolatum uerbum illud

7 ablatio † poſſet ſignificare iure uel iniuria ablatio ſubſequeretur. l. 3. §. non ſolum. de incen. rui. naufr. Verum cum additum ſit. rectè, intelligitur ablatio iuſtitia mediante. l. qui rem. C. de euict.

8 Amiſsio † licet ſit uerbum priuatiuũ ſicut ablatio. l. nec utilem. ex quib. cau. mai. tamen intelligitur per ſententiam. not. Gem. conſil. 23. col. 1. Aymo conſi. 239. nu. 1.

SVMMARIVM.

1 *Euictio eſt quadruplex.*
2 *Quid ſit euictio expreſſa.*
3 *Quid ſit tacita.*
4 *Venditor poſt uenditionem cogi poteſt ad cauendum de euictione ſimpliciter.*
5 *Re euicta agitur ad intereſſe.*
6 *Quid ſit ſolennis euictio.*
7 *Præſtatur fideiuſſor de euictione quando ita conuentum eſt.*
8 *Idem quando in limine contractus imminet euictio.*
9 *Ad officium iudicis ſpectat ne fraudes committantur.*
10 *Faciles ſunt homines ad iurandum.*
11 *Iuſiurandi religio contempta Deum ultorẽ habet.*
12 *Fideiuſſio pro euictione aduerſus omnes præſtanda eſt.*
13 *Lex nihil fruſtra operatur.*
14 *Pater uendens bona filiorum an teneatur ſideiubere de euictione.*
15 *Quando in loco eſt conſuetudo, ut præſtetur fideiuſſor.*
16 *Cum princeps ſuo reſcripto uenditionem confirmat datur fideiuſſor.*
17 *Idem quando creditor cogitur in ſolutum accipere de bonis debitoris.*
18 *Si auctor uenditoris ſuſcipit in ſe iudicium ſi eſt*

diues

diues habetur pro fideiuſſore.

19 *Fideiuſſor euictionis non poteſt petere ſe ab obligatione eximi quamuis diu permanſerit.*

20 *Venditio ſi reſcinditur uia ordinaria fideiuſſor non tenetur ſecus ſi extraordinaria.*

21 *Habet electionem fideiuſſor uel rem euictam reſtituere, ſeu intereſſe ſoluere.*

22 *Et poteſt appellare quieſcente uenditore.*

23 *Impropria euictio quæ dicatur.*

24 *Pactum generale ne teneatur emptor de euictione includit etiam pretium, ſecus ſi à certa perſona, uel cauſa.*

25 *Rationem differentiæ ex Baldo.*

26 *Ex mutuo pacto ne debeatur euictio includit prę tium.*

27 *Abſque dubio procedit ſi expreſſè conueniatur etiam de pręcio.*

§. II. Euictionis ſpecies.

1 EVICTIO † eſt quadruplex, expreſſa, tacita, ſolennis, & impropria.
2 Expreſſa † eſt, quando quis ſtipu-
a latus eſt duplũ [a] euictionis noĩe a uenditore, illo enim caſu dicimus expreſsè emptorẽ ſibi prouidiſſe pro euictione, ut caſum relatũ habemus in l. nõ ex eo. C. de euict.
3 Tacita † eſt quando uenditor de euictione ſe non obligauit, tamen ex natura contractus

non eſt neceſſe exprimi. Dec. conſ.483.num. 15.Curt.Iun.conſ.38.nu.2.poteſt tamen uen
4 ditor † poſt uenditionem cogi ad cauendum de euictione ſimpliciter, quia eſt de ꝯſequentibus, & naturalibus contractus emptionis, Pau.de Caſt.conſ.207. viſis omnibus.in prin. lib.1.gl.fi.in fi.in l.rem alienam. de contrah. empt.Hinc eſt, ꝙ Iabolenus Iuriſc.dicebat in l.ſi in uenditione.de euic.Si in uenditione dictum nõ ſit quantum uenditor pro euictione præſtare oporteat nihil uẽditor pręſtabit pręter ſimplum euictionis nomine, & ex natura ex empto actionis hoc quod intereſt. & not. ibi Salyc.quòd natura actionis ex empto eſt,
5 ut re † euicta agatur ad intereſſe. Salyc. in l. non dubitatur.C.eod. Rebuff.tit.de contum. artic.6.tom.3.

6 Solennis † eſt, quando interuenit fideiuſſor qui uerborum ſolennitate intercedit. l. blanditus.C.de fideiuſ.hoc colligitur in l.Auctore,& ſeq.C.de euict.

Hæc ſolennis euictio multis in caſibus contingere poteſt, quos ſeriatim ponit Bar.in l.j. §.ſtipulatio duplæ.de præt. ſtip. & illos reaſſumit Aret.in §.fin.inſt.de ſuſp.tut.

7 Primò † quando expreſsè conuentum eſt inter partes. ut uenditor pro euictione det fideiuſſorem, quẽ ſecundum auctorem lex appellat.l.illud.de euict.l.j.§.ſtipulatio duplæ.de

præt.

præt.ſtipu.ex quo tex. colligit ibi Pau.de Ca. ꝙ uenditor qui tenetur cauere de euictione (ut dicunt multa iura) non habet neceſſe præſtare fideiuſſores, niſi expreſsè actum fuerit. l.emptori dupla.in prin.de euic.l.pacta conuenta.uerb.fideiuſſore.de contrahen.empt.l. non idcirco.cum glo.C.eo.

8 Secundò quando † in limine ꝯtus imminet euictio,l.habitationem.§.fi.ubi Bart.Bal. & Salyc.de pericul. & com.rei uend.l.fin.§.1. ubi Bar.Bal.& Salyc.de reſcind.uend.l.ſi poſt perfectam,ubi Cy.Bald.& Salyc.C.de euict.& tunc dicitur euictio imminere in limine contractus quando pretium nondum ſolutū eſt. adde Pau.de Ca.conſi.46.ſuper eo quòd quæritur.lib.j.Nattam conſ.267.ubi declarat nō procedere, primò ſi lis aliqua mota non fuerit, ſecundò nō procedit in eo qui ſciebat rei qualitatē.Saly.poſt Cy.in l.ſi fundū. C.eo.Neuiz.ꝯſ.37.nu.15. Bertr.conſ.60. lib.2.part.2. Intellige tamen ſecundum Bald. in d.l.ſi poſt perfectam, ꝙ uenditor non cogitur præciſè ad dādum fideiuſſorem, ſed cauſatiuè ſi uult pretium conſequi, & iſtud ope exceptionis ꝯtinget Ang.in §. quod aūt.in auth. de fideiuſ.& uide j. caſu 18. alioquin doli exceptione repellet.l.pater.§.ex quadrāte. cum glo.in uerb.ſubmoueri.de dol. excep. Inferunt not. Cy.Bald.& Salyc.in d.l. ſi poſt, quòd aduena

ſtatim receſſurus ſi contrahit ibi non ſortitur forum,l.hæres abſens. §.proinde, de iudi.nihilominus ſi immineat euictio in limine contractus ibi forum ſortitur per illam.l.

Dicunt Doct.in locis ſupra citatis,& Paul. de Caſt.in d.§.ſtipulatio duplę,ꝙ ſecundum d. l. ſi poſt. aperitur uia emptoribus extorquendi fideiuſſores, ſi nondum ſoluerunt pretium ſubmittendo aliquem, qui contra emptorem moueat litem, Bal.in l.nõ idcirco.C. de contrah.emp. Attamen huic fraudi poterit per iudicis officium ad quem† ſpectat pro-
9 uideri ne fraudes committantur, arg. l. hoc autem,iu prin,ſi cui pluſquam per l. Falc.iudicis officium in hoc uerſabitur ſecundum Bart.in d.l. ſi poſt. qm̃ compellet emptorem iurare,ꝙ per calumniam non facit. Soc.Sen. conſ.208.col.pen. verſ.ſecunda defenſio, li.2. Cur.Sen.in l.uni.in fi. C.de proh.ſequeſt.pec. & ſimiliter ille qui mouet litem. Salyc.in d.l. non idcirco. Et ſi detegeretur calumnia emptor repelleretur, Neuiz.conſ.37. Melius tamen foret ut illi actori iurm deferatur, ut iuret an ab illo emptore requiſitus litem moue rit, nam is facilius rei ueritatem iurabit cum tanti ſua non interſit, ut teſtatur Iac.Menoc. de arb.iud.lib.2.caſu 224.nu.5.Sed heu quãtum ſit periculoſa uia hæc docet nos expe-
10 rientia, quandoquidem homines.† faciles

ſint

ſint ad iurandũ.l.quæ ſub conditione. de ꝯd. inſt.in Dei ꝯtemptum. Bal.in d.l.ſi poſt.tales tñ pſeudochriſtiani Deum ſaltem ultorem habebunt.l.ij.C.de iureiu. ubi Alexan.Impe-
11 rator inquit, iuriſiurandi † religio ꝯtempta ſatis Deum ultorem habet Cæpol. caut. 52. aliquis emit,&c.& cau.181. multi emptores. Poterit etiam uenditor allegare, ꝙ emptor per dolum,& fraudem actorem inducit,ut litem ei moueret ne pecuniam numeraret, quã fraudem probare poterit coniecturis iudicis arbitrio penſatis, Curt.Sen. in d.l. uni.in fin. C.de ſequeſt.pec.

Cum uerum ſit, quòd imminente euictione per litis motionem à tertio uẽditor teneatur fideiuſſorem prȩſtare.Oritur dubium. An aduerſus tantum motorem litis,uel aduerſus quemlibet alium,& ſic generaliter teneaẽ illũ præſtare? Dy.in d. § ſtipulatio duplæ. quem referunt & ſequuntur Doct.in ſupra citatis lo-
12 cis, tenet ꝙ uenditor † debet fideiuſſorem prȩſtare aduerſus omnes, & dicit hoc probari,in l.fi.§.fi.de reſcind.uend. ubi Bar.Bald.& Saly.Rom.conſi.204.2.dub.Pau.de Caſt.in d. conſi.col.2. Quod ſatis comprobari poteſt ex generalitate d.l.ſi poſt. quæ lex cum generaliter loquatur generaliter intelligi debet.l. 1.§.& generaliter.de leg. præſt. eſſetque legis prouiſio fruſtratoria, ſi non teneretur uendi-

 tor

tor aduerſus quemlibet pro euictione fideiu
13 bere,& lex †nihil fruſtra operat̃. l. hæc ſtipulatio.§.diuus,ut leg.no.caue.Grat.conſ.135. in fi.li.2.ubi atteſtatur de communi.Reſtringe hoc principale dictũ ſecundum Bald. in l. non idcirco.ante fi.C.de ꝯh.emp.ut non procedat in emptore petente fideiuſſorẽ pro euictione quando eſt in notoria calumnia, ꝙ ꝯtingere facile poteſt. Imò ſi ex parte uenditoris conſtaret de notoria calumnia,quia res uendita nõ eſt ſua,emptorem hunc non teneri ad pretij ſolutionem, etiam ſi offerret fideiuſſorem euictionis, quia uenditor detegit eius calumniam.Neuiz.conſi.37.nu.9.

b Tertiò quando [b] †. pr̃ uendit bona filiorũ
14 in quibus habet uſumfructum,illo enim caſu pater debet præſtare fideiuſſorẽ pro euictione.l.j.§.fi. C.de bon. mat.intellige ſi emptor uelit. Bart.& Paul.in d.§. ſtipulatio duplæ,& Bal.in d.l.ſi poſt. Verum Paul.in d.§.fi.aliud ſentire uidetur poſt Bart.& Bal. ubi inquit,ꝙ ita demũ tenetur pr̃ fideinbere ſi ante ſolutũ pretium filius litem mouerit,quo caſu imminet euictio in limine cõtractus, & ſic uidetur innuere ꝙ nulla ſpecialitas ſit in caſu d.§.fin. ſed procedat ſecũdum terminos d.l.ſi poſt,& in d.§.fi.dicebat Saly.quòd ille.§. loquit̃ per uiam ꝯſilij,conſulendo emptori, ut ab initio ſibi proſpiciat de fideiuſſore.Verum attende

diligen-

diligenter ꝙ Bart. ibi iuxta intentionem antiquorum reprobat opinionē gl. illa ratione, quoniam cum filius ſit in poteſtate patris nō poteſt agere.l.j.§.fi.C.de anna.excep.Rebuf. tit.de reſciſ.ꝯtra&.art.1.gl.23.in prin. tom.2.ergo non poteſt imminere euictio. Sed aduerte, ꝙ ſi uiuente patre non poteſt agere nulla filio curret præſcriptio, quia non ualēti agere non currit.d.§.fi.& ꝓſupponit hoc tex.in citato.§.fi.in illis uerbis. Nullā præſcriptionē poterit filijs opponere quēcumque rem ſuam uendicantibus &c. quo caſu ſemper dici pōt ꝙ immineat euictio propter periculum ſub quo ſtāt emptor, ꝙ mortuo patre filius uendicabit rē ſuam.Mors.n.certa eſt,quamuis dies incerta.l.1.de cond.& dem.cum ſemel(ſecundum Apoſtolum)conſtitutum ſit hominibus mori, & dicit Sanctus Dauid, quis eſt homo, qui uiuet,& non uidebit mortem? Vnde cum primum ſciuerit emptor rem uenditam à patre eſſe filij, & pater non docuerit eſſe ſuam. emptor,ſi uelit, coget patrem ad præſtādum fideiuſſorem de euictione, ut clarè præſuppo nit ille tex.in illis uerbis. Docere debet pater ptoprij iuris eam rem eſſe quam donat,uel diſtrahit, &c. & in hoc ſtabit ſpecialitas illius §. ne cogamur incidere in ſuperfluitatem cū alibi lex hoc diſpoſuerit per uiam conſilij.l. illud.de euict.& d.§.ſtipulatio duplæ.

Quarto

15 Quartò quando † in regione eſt conſuetudo ut uenditor fideiuſſorē exhibeat emptori. bonus tex. in l. ſi fundus. ubi Bar. Bal. & Saly. de euic. l. ꝙ ſi nolit. §. qui aſsidua, de ædil. edi. & ita ſentiunt Bart. & Paul. in d. §. ſtipulatio duplæ, & Bal. in d. l. ſi poſt. & fuit opinio gl. 2. in d. l. illud. de euict. Felyn. conſil. 15. num. 7. prout talem conſuetudinem eſſe Bononiæ teſtatur Gratus conſil. 135. num. 9. lib. 2. Propterea dicebat Bart. in l. ſi pignore. §. fin. de pign. act. quòd euictio intelligitur promitti cum clauſulis conſuetis. Soc. Iun. conſil. 148. lib. 3. Aymo conſ. 325. nu. 3.

16 Quintò quando † Princeps ſuo reſcripto uenditionem confirmat, arg. l. Vniuerſa. C. de prec. Imp. offer. Bar. & Paul. in d. §. ſtipulatio duplæ. Bald. in d. l. ſi poſt. tunc. n. uenditor debet pręſtare fideiuſſorem, Iſte caſus ſolū doct. auctoritate nititur. Aret. in §. fi. inſti. de ſuſp. tut. Nā in l. uniuerſa. ſolū probat, ꝙ debitor qui impetrat dilationem per reſcriptū principis ad ſoluendū fideiuſſorem idoneum præbere debet, alioquin huiuſmodi priuilegio non frueretur nolens cauere. Rebuf. de liter. dilat. §. 1. gl. 1. nu. 49. tom. 2. Propterea ego hunc caſum non pono pro conſtanti.

17 Sextò qn̄ † creditor neceſsitatur inſolutū capere ex bonis debitoris, tunc tenet debitor fideiuſſorem præſtare qualem poteſt. §. quòd

autem

aũt, in auth. de fideiuſ. & not. ibi Bart. nũm. 7. q̃ ſi debitor nõ poteſt pręſtare fideiuſſorem, pręſtabit iuratoriam cautionem: l. cum non facilè. cum ibi not. ſi cui pluſquam per l. Fal.

18 Septimò quandò † auctor venditoris ſuſci pit in ſe iudicium motum, tunc ſi eſt diues habetur locò fideiuſſoris, & emptor non poteſt retardare ſolutionem pretij, ita notauit conſi lium Neapolitanum, ut teſtatur Affl. dec. 171. quidam uendidit. Natta conſ. 267. nu. 4.

19 Fideiuſſor† euictionis non poteſt petere ſe eximi, & liberari à fideiuſsione quãuis diu ſteterit in promiſsione niſi re euicta. Bart. Bald. Paul. Alex. in l. facere. ſol. mat. Cy. Bald. Salyc. in l. ſi pro ea. C. mand. ubi Salyc. nu. 5. teſtatur hanc eſſe cnmmunem doc. opinionem. Bal. in l. j. C. de fideiuſ. min. Bal. Pau. Alex. Iaſ. & Dec. in l. ſi pater. C. de coll. Bar. in l. Lucius. mand. Affl. deciſ. 241. nu. 4. quidam Notarius

20 Si reſcindit † uenditio beneficio reſtitutio nis in integrũ fideiuſſor euictionis tenetur, ſecus ſi remedio ordinario, puta. l. 2. C. de reſc. uen. Bal. Sal. Paul. & Alex. in l. j. C. de fideiuſſ. min. quamuis Bart. ibidem dubitauerit, probatur hoc in l. in cauſæ, la prima, in princ. de min. & in l. ij. C. de fideiuſ. min.

21 Fideiuſſor † euictionis habet, electionẽ uel reſtituendi rem euictam, uel intereſſe ſoluere. c l. fideiuſſor, C. de dol. mal. excep. ubi Bar. no. &

in

in l.ſi inſulam.nu.14.de uer.obl.
22 Similiter † poteſt appellare à ſententia lata in cauſa euictionis etiam quieſcentibus uenditore,& emptore.l.à ſententia. tertio reſp.& ibi not.Bar.& Ang.Aret.de appell.
23 Impropria † quando uenditor pactus eſt, ne de euictione teneatur, licet ex hoc liberet ſecuta euictione ab intereſſe, obligatus tamē remanet ad pretij reſtitutionem. l. emptorē. §.fi.de act.emp.Bald.l.j.col.fi.C.de per.& cō. rei uen.& ibi Salyc.q.5.& in l.non dubitatur. C.de euict.Hanc deciſionem eſſe ſingulariter intelligendam docuit Rom.ſing.382.
Si uendo rem &c. ut ita demum procedat qñ
24 † in genere eſſet factum pactum à quocumq; euinceretur, ſecus ſi ſpecificaretur à certa perſona, puta a Sempronio, tunc enim ēt pretium non reſtituitur, caſus eſt ſingularis in l.qui libertatis.in prin.ubi Bart.Bal.& Sal.de euict. & ibi colligit gl. ex illo tex.idem eſſe quando exprimitur, ꝙ non uult teneri ex certa cauſa, ut Bar.ibi not.Bald.in d.l.j.q.2.C.de peric.& com.rei uend. Rebuf.in tit.de dilat. art.5.gl.
25 1.nu.51.& 53.tom.3. Ratio differētiæ † eſt ſecundū Bal.in d.l.qui libertatis.quia ubi uēditor excipit aliquem ſpecialem caſum, uel perſonā per hoc uidetur certiorare emptorem ꝙ in tali caſu, uel perſona poteſt res euinci. l.j.in fi.de act.emp. Sed ubi generaliter excipit

pit tunc ſaltē tenetur ad pretium, quia per generalem exceptionem non poteſt eſſe certus emptor, niſi ſciuerit uenditorem non habere ius. ſed uide infra caſu 6 ubi reprobatur hoc.

26 Item uerum eſt, niſi dictum pactum † ſit factum inter mutuò uendentem, & ementem, quia tunc neuter agit ad pretium, gl. ſingularis in l. ſi familiæ. C. fam. herc. & ibi Bar. dicit non habere locum in diuiſione. tenet Bal. in l. non dubitatur. in fi. C. de euict.

Poneretur tñ hoc extra oēm dubitationē
27 ſi expreſsè, † & ſpecialiter ꝯuenerint, ne ēt ad pretij reſtitutionem uēditor teneatur, ut not. in d. l. emptorem. §. fin. per glo. & Bart. Sal. in d. l. j. q. 5. C. de peric. & comm. rei uend.

SVMMARIVM.

1 *An emptor teneatur nuntiare litem venditori ſcienti.*
2 *Certus non eſt certificandus.*
3 *Denuntiatio in dubio præſumitur exigi ad certiorandum.*
4 *Tutius, imò oportet ſcienti denuntiare.*
5 *Venditor melius ſcit rem uenditam defendere.*
6 *Iaſ. mouit dubitationem.*
7 *Venditor denuntiatus tenetur de euictione.*
8 *Nunquid emptor debuerit appellare.*
9 *Non ſolum in prima inſtantia, ſed in alijs etiam*

de

denuntiatio fieri debet.

10 *Emptor à ſnīa contra eum lata tenetur appellare.*

11 *Denuntiatio aliquando fit ad duplicem effectum.*

12 *Debitor ex ſola ſcientia ceſsionis uidetur inhibitus.*

13 *Ceſſio aliquando fit ad commodum ceſſionarij, aliquando cedentis.*

14 *In ſolutum datio æquiparatur emptioni.*

15 *Conciliatio Baldi duplex ad illa iura.*

16 *Non ſufficit ſimplex ſciētia, ſed inhibitio ne ſoluat.*

17 *Dies interpellat pro homine.*

18 *L. magnam, procedit in die certa, ſecus in incerta.*

19 *Obligatus ad factum tenetur ſi requiſitus fuerit.*

20 *Promiſſor non poteſt defendere, niſi ſciat.*

21 *Non ſufficit ſimplex uuntiatio, ſed requiritur etiã incitatio.*

22 *Venditor debet uenire ad defendendum.*

23 *Lex ſuper aliquo diſponens præſupponit cætera habilia.*

24 *Muliere pregnante ſatis eſt denuntiare ijs quorum intereſt.*

25 *Quando eſt unica ratio habetur pro expreſſa.*

26 *Emptor poteſt ſe tueri iuribus proprijs, & venditoris.*

27 *Dicitur defendere uenditorem, ſi emptorem inſtruit.*

28 *Pro forma requiritur uenditor interpelletur.*

29 *Forma data adimplenda eſt.*

30 *In claris non eſt opus coniecturis.*

In

31 *In denuntijs ſufficit narrare factum.*
32 *Intellige declaratorijs non incitatorijs.*
33 *In denuntiatione requiritur inſertio libelli.*
34 *Emptores auctoribus ſuis litem intimant in hac forma.*
35 *Inſtitutio debet fieri ſub forma clem. cām, de elect.*
36 *De conſuetudine non ſeruari quidam aiunt.*
37 *Doctori atteſtanti de conſuetudine credendum.*
38 *Datur copia libelli ut reus deliberet.*
39 *Doctori conceſſum eſt iura interpretari.*
40 *Venditor credere debet emptori ſi uir bonus reputatur.*
41 *Aduerſario meo credere non debeo.*
42 *Alicui non creditur in eo quod eius commodum reſpicit.*
43 *Libelli copia dari debet ſi petatur.*
44 *Venditor ſponte ueniens ad litem ſuſcipiendam nō eſt requirendus.*
45 *Quatuor concluſiones colliguntur ex ſupradictis.*
46 *Venditor qui iurauit, ſciens litem motam non eſt requirendus.*
47 *Vaſallus tenetur dominum defendere ſciens ui iuramenti.*
48 *Promiſſio, & iuramentum debent aliquid operari.*
49 *Iuramētum quod eſt uinculum animæ interpellat.*
50 *Licet arguere à materia feudali ad alios caſus non deciſos de iure communi.*
51 *Conductor qui iurauit ſoluere ceſſans per annum conſtituitur in mora.*

52 *Qui promittit facere, & curare, cum primum poteſt, & non facit conſtituitur in mora.*
53 *Iuramentum habet uim litis conteſtatæ, intellige ut infra nu.69.*
54 *Iuramentum interpellat.*
55 *Iuramentum intelligitur ſecundum naturam actus, & probatur duobus exemplis.*
56 *Iuramentum non obligat in plus, ſed efficacius.*
57 *Iuramentum non auget obligationem, ſed addit uinculum religionis.*
58 *Iuramentum intelligitur ſecundum naturam actus primordialem, non accidentalem.*
59 *Non procedit quando acceſſoriè uenit ad actum per accidens.*
60 *Vel intellige quantum ad pœnam.*
61 *Vaſallus non obligatur dominũ defendere propter iuramentum, niſi requiſitus regulariter.*
62 *Ad conſtituendum in mora requiritur interpellatio.*
63 *Fallit in certis caſibus, inter quos non numeratur iuramentum.*
64 *Lex ſi habeat clauſulam decreti, inductum ab ipſa cenſetur pro forma datum.*
75 *Intellectus ad c.breui.de iureiur.*
66 *Valet arg.de feudo ad emphyteuſim.*
67 *Reprobatur doctrina Bal.in c.querelam.de iureiu.*
68 *In eo qui promittit ſe facturum requiritur interpellatio.*
69 *Declaratur doctr. Bar.in §.ſi iurauero.l.eum qui. de iu-*

de iureiur.

70 *Diſtinctio Socy. refertur, & improbatur.*

71 *Refertur diſtinctio Ripæ, quæ pariter reprobatur.*

71 *Quando uenditor ſciens habet inſtrumentum ad uictoriam, & ultro non exhibet emptori in lite mota, alia non requiritur interpellatio, quod reprobatur.*

73 *Cum uenditori nulla competit defenſio, non requiritur denuntiatio.*

74 *Intellige ſi emptor probat iuſtitiam euincentis.*

75 *Si debitor non eſt ſoluendo, non poteſt opponi exceptio diſcuſſionis.*

76 *Vbi eſt notorium rem eſſe euincentis, uenditor tenetur de euictione non ſecuta ſententia iudicis.*

77 *Si conſtat ex actis ſententiam fuiſſe latam ex legitimis probationibus, emptor contumax non impeditur agere.*

78 *Citatio omitti poteſt, quando conſtat nullam defenſionem competere.*

79 *Emptor qui non denuntiauit uenditori nullum ius defenſionis habenti, non aget de euictione.*

80 *Lex per aliam legem diſtingui poteſt, non per hominem.*

81 *Lex præſumit pro ſententia iudicis.*

82 *Emptor, qui non denuntiauit, præſumitur ſuccubuiſſe ſua culpa.*

83 *L. emptor. C. de euict. an ſit præſumptio iuris de iure.*

84 *Quid ſit præſumptio iuris & de iure.*

85 *Aduerſus quam præſumptionem admittitur probatio per notorium rei.*
86 *Intellige hæc duobus modis.*
87 *Ceſſante cauſa impulſiua non ceſſat diſpoſitio.*
88 *Quæ dicatur cauſa impulſiua, & quæ finalis.*
89 *Ripæ diſtinctio reprobatur.*
90 *Duæ aliæ diſtinctiones referuntur.*
91 *Improbatur quædam opinio Aymo.conſ.86.nu.6.*
92 *Prima diſtinctio approbatur, & latius declaratur.*
93 *Secunda diſtinctio reprobatur Rubei & Fulg.*
94 *Aymonis opinio ſaluatur.*
95 *Quædam Rubei conſideratio.*
96 *Cautela quędam Petri Rebuffi.*
97 *Quando emptor, & uenditor ſunt ſimul conuenti in eodem iudicio, an requiratur denuntiatio diſputatur.*
98 *Emptor non tenetur denuntiare ſi non poteſt.*
99 *Denuntiatio abſente uenditore domi facienda eſt amicis, uicinis, uel per edictum, uel ſecundum formam clem.cauſam, de elect.*
100 *Si uenditor dixiſſet, quòd nolebat emptorem defendere, non requiritur alia interpellatio.*
101 *An credatur nuntio referenti citatum nolle comparere, diſcutitur: pro cuius reſolutione refertur diſtinctio Franci.*
102 *Fauore minorum, piæ cauſæ, & Fiſci non requiritur interpellatio.*
103 *Intellectus.l.in minorum. C.in quibus cauſ.in int. reſt.*

reſt.non eſt nec.
104 In eccleſiam transfertur dominium abſque traditione.
105 Priuilegia non ſunt multiplicanda.
106 Fiſcus regulariter utitur iure priuatorum.
107 Reprobatur glo.in §.fiſcus.l.cum quidam, de iure fiſc.
108 In eccleſia requiritur interpellatio, Ant. Burgos probat.
109 Eccleſiis eſt fauendum, niſi alijs praiudicium inferatnr.
110 Expenditur conſtitutio.c.breui,de iureiu.
111 Intelligentia ad c.potuit,loca.
112 Vltimæ uoluntates,& contractus bonæ fidei à pari procedunt ſtante ſimilitudine.
113 Gl.auctoritas à multis commendatur.
114 Si pacto remiſſa eſt denuntiatio, non requiritur alia interpellatio.
115 Quomodo procedat gloſſ.in l.1.C.ne fideiuſſ.dot. dent.
116 Non obſtante remiſſione nuntiationis ex æquitate facidnda eſt ſecundum Rebuf.
117 Cedenti non fit denuntiatio, duplex ratio adducitur.
118 Venditor non poteſt declinare forum emptoris.
119 Quid in clerico uenditore dicendum late diſputatur,& concluditur idem.
129 Hieronymi cautela.
121 Refertur diſtinctio Ripæ in clerico not.

122 Iudex eccleſiaſticus in hoc caſu inhibere non poteſt iudici ſeculari.
123 Poteſt clericus coram iudice ſeculari ſuo iure uti.
124 Quid in fiſco uenditore? idem dicitur quod ſupra.
125 Intellectus l.iij.cum gl.C.de iu.fiſ.lib.x.
126 An uenditor uigore ſtatuti poſſit petere compromiſſum contra agentem.
127 Per compromiſſum non mutatur forma.
128 Compromiſſum non perimit, ſed ſuſpendit iudicium.
129 Iudex coram quo fuit res euicta cognoſcere poteſt inter emptorem, & uenditorem.
130 Fallit in clerico uenditore.
131 Venditor poteſt uti declinatoria fori emptori competente.
132 Exceptio fori competens principali non competit fideiuſſori.
133 Pluribus hæredibus uenditoris in ſolidum denuntiandum eſt, intellige, ut infra nu. 137.
134 Ius defenſionis indiuiduum eſt, intellige ut infra num. 136.
135 Dictio omnis eſt collectiua.
138 Non ſufficit ut denuntiatio fiat fideiuſſori.
139 Auctori fieri debet, non procuratori, niſi in cauſa abſentiæ.
140 Procurator poteſt preſtare fideiuſſorem de euictione, licet in mandato non contineatur.
141 Procurator denuntians litem uenditori debet do-

docert de mandato.

142 *Sufficit ut pupillo fiat.*

143 *Quando res uendita tranſit per plures manus quid agendum.*

144 *In denuntiando tempus ſeruandum eſt.*

145 *Per denuntiationem non eximitur emptor à defenſione litis.*

146 *Emptor defendens litem ad quæ contra uenditorem regreſſum habet.*

147 *Ad quos ſumptus tenetur uenditor.*

148 *Venditor tenetur ad expenſas litis neceſſarias.*

149 *Si emptor fuit in culpa non petendo aduerſarium in expenſis condemnari.*

150 *Emptor ultra duplum à uenditore an aliud conſequi poßit.*

151 *Intereſſe duplum excedere non poteſt.*

152 *Si lis mota eſt ſuper poſſeßione, an agatur de euictione.*

153 *Per hypothecariam uerè res non euincitur.*

154 *Emptor ſi rem meliorauit, ſoluit primam æſtimationem.*

155 *Obligatus ad dandum liberatur primæua actione ſi det, & caueat.*

156 *Venditor promittens ſtare ſimplici uerbo, uel iuramento emptoris de omnibus expenſis, an talis conuentio ualeat?*

157 *Pacta, & conuentiones ſeruandæ ſunt, ſi abſque peccato ſeruari poſſunt.*

158 *In arbitrio boni viri tacitè ſubintelligitur, dum*

modo dolus abſit.

159 *Emptor tenetur conducere aduocatum expertũ.*

160 *Agitur de euictione re euicta, fallit in quatuor caſibus ut infra nu. 162.*

561 *Differentia eſt inter ſtipulationem duplæ, & habere licere.*

163 *Contra impedientem me uendere agere poſſum actione de dolo.*

164 *Si uenditor promiſit de euictione rato manente pacto.*

165 *Sententia lata contra emptorem, an exequi poſſit contra uenditorem.*

166 *Si emptor & uenditor ſciant rem uenditam eſſe alienam, an debeatur euictio.*

167 *Quando conſanguineus retractus iure agit, an uenditor teneatur de euictione.*

168 *Si promiſſum eſt quomodocunque, res euincatur.*

169 *Emptor bonæ fidei recuperat meliorationes.*

170 *Emptor malæ fidei non recuperat, niſi neceſſarias eandem diſtinctionem facies circa fructus perceptos.*

§. III. Vt emptor agere poſsit contra uenditorem de euictione, quæ pręcedere debeant.

AD huius intelligentiam de trib. ui dere ꝯtingit, quibus cognitis facile intelligi poterit, quę interuenire debeāt, ut euictio locũ habeat.

Primo

1 Primo quæritur, An emptor † teneatur denunciare litem motam contra ſe uenditori, ſcientiam dictæ litis habenti?

Videbatur dicendum, quòd non per regu-
2 lam iuris, quòd qui † certus eſt, amplius certificari dēt minime. c. eum qui, de reg. iur. in 6. Non enim (inquit Vlpia.) certiorari debet qui non ignorauit. l. 1. in fin. de act. emp. l. j. §. ſi intelligitur, de ædil. edi. l. itē ueniunt, §. petitum, de pet. hær. Et in dubio ad quem finem
3 exigatur † denūtiatio præſumitur exigi ad certiorandum, & ideo tunc ſola ſcientia ſufficit Dyn. in d. c. eum qui, refert Alex. ꝯſil. 24. nu. 6. lib. 4. & conſil. 138. nu. 3. lib. 7. allegat Cyn. & Iac. de Beluiſ. in l. emptor. C. de euictio. cuius opinio probari uidetur in l. ſi cum queſtio. C. eod. dum ibi diſponitur, ꝙ emptoris auctor certus reddatur. Si uerum eſt, ꝙ uenditor eſt certificandus, ſi iam ſcit litem motam, adimpletum uidetur quod in lege diſponitur, Bertran. cōnſi. 233. nu. 3. lib. 4.

Contrarium tamen ubique tenent doct. ꝙ imò nō obſtāte ſcientia omnino emptori eſt denuntiandū. Huius opinionis auctor eſt Accurſ. in l. emptor. C. eo. quoniam ait, ꝙ tutius
4 † eſt ſcienti denuntiare. Strictius tamen cęteri loquūtur, quòd omnino oportet denuntiare Specul. de emp. & uend. §. fin. in fin. ubi Ioan. And. Bar. Bald. Salyc. in l. emptor. C. eo. in l. 1.

in fi.de act.emp.Bart,in l.2.§.uoluntatem,ſn fin.ſol.matr. & ibi Alex. Iaſ. & Rip. Bart.in l. denuntiaſſe.§.1.de adul.in l. non ſolū.§.mor te.nū.52.de no.ope.nun.& ibi Alex.n.44.Iaſ. nu.40.Rub.nū.408. Bar.Bal.Pau.in l.qui abſenté,de procu. Pau. Ang. & Iaſ.in l.in executione.§.inſolidū,de uer.obl.Fely.c.cū M.nū. 65.& Rip.nu.166.de ꝯſt.Fely.in c.cū ꝯtingat, concl.4.de reſcrip. Canon.in c.fin.de empt.& uen.ubi Ant.Burgos.col.3.Alex.in ſupra citatis conſ.& in conſi.191.nu.8.lib.6. Bal.conſi. 279.lib.3.Pau.de Caſt.conſi.308. col.pen.uſ-ſis, & ponderatis,lib.1.Capel.Thol.q.407.& ibi Aufr.in addit. Corn.conſil.6.nu.4.& 231. nu.10.lib.2.conſ.255.lib.3. Ioann.de Amicis conſi.145.nu.5.Soc.Iun.conſi.4.nu.34.lib.2. Curt.Iun.conſ.104.nu.1.Natta ꝯſil.38.nu.5. Franc.Marc.deciſ.581.num.9. Riminal.conſ. 147.nu.3.lib.1.conſ.205.nu.1. & conſil.274. lib.2.Bertrand.conſ.12.lib.4.Bello.conſi.50. dub.2.Alciat.conſ.404. circa primum.& in l. deteſtatio,col.19.in paruis, de uer.ſig.Rebuf. tit.de dilat.art.5.glo.un.nu.27.tom.3.Didacus Couarr.lib.3.uar.reſol.c.17.illat.1. Viui. lib.1. communium opin. nu.434. qui multos ex ſupra dictis non citat. Ex quib. planè conſtat hanc eſſe communem opinionē. Iſta opinio probat in l.empti actio,& in l.ſi parentes. C.eo.ibi ut defendatis : & hoc pōderat Bal.in l.ſi

l.ſi cum quæſtio. C.eo. probatur etiã in l.qui abſentem,de procu. ibi poſtulabat à uenditore fundi,ut ab eo defenderetur, &c. Et ratio huius denuntiationis eſt ſecundum Dec.ꝯſil.
5 74.quia uenditor † melius ſcit rem uenditam defendere,cũ magis certus, & iſtructus ſit de iure ſuo:& non fit talis denũtiatio ad illum finem ſimpliciter, ut uẽditor ſciat,ſed ut faciat aliquid de nouo,ut declarat Bar.in d.l.denuntiaſſe,& colligitur ex ſupra citatis iurib.Corne.d.ꝯſil.155.Mod.in ꝯſuet.Pariſ.§.13.gl.11.
6 nu.5. At Iaſ. † in d.§.uoluntatem,nu.26.mouet dubitationem,ꝙ differentia Bar. & doct. eſt uerbalis,& non realis,dum aiunt,ꝙ ſi intimatio fit ſimpliciter ad certificandum, ſi aliunde eſt certus non requiritur. Si uero non fit ſolum ad notificandum, ſed etiam ad incitandum,tunc requiritur omnino nõ obſtante eius ſcientia.inquit enim Iaſ.Nam quid intereſt, ꝙ uenditor certioretur ab uno tertio,uel ab ipſo emptore?Reſpondetur ſecundũ Bart. in d.l.emptor.C.eo.Quando uenditor certioratur ab extraneo de lite mota, non eſt ꝙ imputet uenditori, ſi non uenit ad defendendũ litem motam, poteſt enim præſumere ꝙ ipſe emptor poſſit ſe defendere ſine auxilio ipſius uenditoris : ſed quando emptor denuntiat ipſi uenditori,uidetur quod non poſsit ſe defendere, ideo eſt neceſſe, ꝙ ueniat ad defenden-

den-

dendum. Tu uerò diligenter aduerte, ꝙ cum huiuſmodi denuntiatio, ultra ſimplicem ſciẽtiam incitet ipſum uenditorẽ ut ueniat ad defendendum, oĩno neceſſaria eſt. Nec diuinandum eſt, ut faciunt Bar. & Iaſ. quòd ſi emptor nõ denuntiauit, ſed aliquis tertius, forſitan ipſe emptor confidit de ſuis iuribus. quod incredibile eſt, cum omnes leges conſulant ipſum emptorẽ denuntiare debere ſi cautius procedere uult, ut in caſu ſuccũbentiæ uẽditor † teneatur de euictione, ad quam regulariter non teneretur, niſi præcederet notificatio Corn. & Dec. in præcitatis conſiliis.
7

Alio modo pungit Cum. in d. §. uoluntatẽ Bar. dicit enim ꝙ Bar. ineptè allegauit glo. in d. §. uoluntatẽ. in uerb. ſcire. & l. allegatam in ea. Nam ait, ꝙ text. in l. Herennius. §. Caia. de euic. non loquitur de denunciatione litis motę,
8 ſed de ſentẽtia lata, Nunquid † emptor debuerit appellare à ſententia, cum debuerit denuntiare uenditori, ꝙ appellet. Et ſic uidetur, ꝙ Bar. non bene ponderauit illũ tex. Reſpondet Iaſ. in d. §. uoluntatem, ꝙ Bart. conſiderauit, ꝙ qua ratione ibi non requiritur denuntiatio, ſicut quando uẽditor ſcit, eadem ratione non debet requiri denuntiatio euictionis, qñ uenditor ſcit. Aduertendum eſt, quòd Iaſ. ſic interpretãdo mentem Bar. uidetur potius deſtruere, cum ipſe Bart. ubique teneat, quòd denun-

denuntiatio requiritur, quāuis uenditor ſciat litē motam eſſe, quicquid ibi glo. ſenſerit. Vñ ego reſpondeo, ꝙ Bar. aptè allegauit. d. §. Caia, probatur hoc in illis uerbis. Auctorē laudauerat &c. interpretat̃. Sal. ibi, id eſt laudabiliter denuntiauerat, & ſic ibi tex. loquit̃ de denuntiatione litis motæ. propterea malè reprehenditur Bar. à Cum. quinimò ipſe potius redarguendus eſt, qui malē intellexit Bar. inductionem. Dicendum tñ eſt ad intelligentiam principalis deciſionis. d. §. Caia. ꝙ emptor fuit in culpa non denuntiando, & quia etiam negligens fuit in permittendo labi tempus fataliū appellandi, uel appellationē proſequendi. Et ex illo textu colligitur, ꝙ non ſolum
9 † in prima inſtantia, ſed ēt in ſecunda, & ulteriori debet fieri denūtiatio litis, alioquin emptor non haberet regreſſum aduerſus ſuū auctorē, ut in fi. illius l. hr̃, ut animaduertunt ibi. Bart. & Bal. & hoc planè colligitur, quoniam
10 emptor † à ſententia ꝯ cum lata tenetur appellare, & appellationem proſequi, cum ipſe nomine proprio ad utilitatem tñ alterius, ſcilicet, uenditoris condemnetur, ut not. docet & concludit Bar. in l. ſi procurator. §. ſi ignorantes. in fi. & ibi Saly. mand. Dec. d. conſ. 74. nu. 3. Papien. in forma lib. in cauſa uend. glo. uerb. promittens de euictione. nu. 8. Mod. in Appoſt. ad Dec. in d. conſ. 74. teſtatur cōmu-

nem

nem opinionem eſſe in contrarium, quòd nõ teneatur appellare, uel appellationem proſequi, allegat Bar.in d.§.Caia.& Bal.in l.inuitus.q.2. C.de procur. qui mihi hæc non probant Rub.in d.§. morte. nu.414. ſed uide infra q.12.ubi latius,&c.

Similiter Iaſ.in d.§.uoluntatem,reprehendit Bar.quoniam doctrina ſua fundata in d.l.
11 denuntiaſſe,non eſt uera.Nam qñ † denuntiatio fit non ſolum ad finem ſcientiæ, ſed etiam incitationis,ille cui dẽt denũtiari ad hũc duplicem effectum non debet certiorari ſi ſciat. ptobatur hoc ſecundum eum per duos tex. ſi
a mul iunctos.ſ.per l.3.C. de nouat. iun.l.fin. a de tranſa.inducẽdo ſic.Pone aliquis cedit mihi debitorem,dicit ibi tex.in d.l.3.ꝙ non obſtante ceſsione debitor poteſt adhuc ſoluere creditori, ſaluo niſi lis fuerit conteſtata, uel denuntiatũ ſit debitori ne ſoluat. Põdera ergo,ꝙ denuntiatio,quæ fit in d.l.3. fit ad duplicem effectum.primò,ꝙ ſciat me feciſſe ceſsionem. ſecundò, ut inhibeam debitori ſoluere, & tamen ſi debitor ſciret,non eſt opus certiorratione,d.l.fin. ubi eſt text. ꝙ ſi ſciat aliunde non eſt amplius certiorandus, ergo ꝯ Bart.

Cui obiecto reſpondet Rip. in d.§.uolunta
12 tem, poſt numerum 17. ꝙ debitor † ex ſola ſcientia ceſsionis vr̃ inhibitus ſoluere cedenti,cum ſciat illum remiſiſſe iura ſua.l. ſi cum emptore.

emptore.in prin.de pac.non ſic in d.l.denunciaſſe,nec in quæſtione noſtra, quia etſi uenditor ſciat litem eſſe motam, non tamen ſcit, ꝙ emptor uelit uti defenſionibus ipſius uenditoris, cum poſsit emptor etiam ſe defendere ex iuribus proprijs.l.emptori, C.de euict.

Sed aduerte ſm Hormano. Decum. in d.§. morte.nu.128. ꝙ illa iura non faciunt in propoſito, quia loquuntur in ceſsione actionis,
13 in qua diſtinguitur, ꝙ aut † ceſsio fit ad commodum ceſsionarij, ut in d.l.fi. quia uendita hæreditate omne commodum, & incommodum eſt emptoris,& tunc ſatis eſt ſcientia debitoris. Bart.in d.l.ſi cum emptore,cum quo tranſit Iaſ.ibidem,& idem repetit Bar.in l.facta.§.ſi hæres,ad Treb. Si autem fiat ad commodum cedentis,ut in d.l.3. omne quod exigit à ceſsionario cadit in utilitatem cedẽtis, quia in tantum liberatur, & tunc requirit̃ denuntiatio. Nos autem non uerſamur in his terminis debitoris ceſsi, ſed agitur inter uenditorem,& emptorem,qui uenditor debet certiorari,ut ueniat ad defendendum.

Verùm Rubeus in d.§.morte.nu.409.reprehendit iſtam dñiam,& mouetur. Nam in l.3.C.de noua. debitor meus mihi ſolutionis cauſa mandauit actiones ꝯ debitorem ſuum, & tamen non ſufficit ſola ſcientia illius,cõtra quę ſunt actiones ceſſæ, ut impediatur ſoluere ipſi

re ipſi cedenti,ſed requiritur uel exactio partis debiti,uel litis ꝯteſtatio , uel denuntiatio, & tamen ibi periculum, & commodum perti net ad ceſsionariū , ſicut in caſu d.l.fi.de trāſ. Nā in caſu d.l.3. debitor meus dedit mihi no men debitoris inſolutum,& periculū eſt meū,
14 quia inſolutum datio † æquiparat emptioni, & uenditioni.l.libera. C.de ſent.l. ſiquis aliā, de ſolut.l.1. C.de peric. & com.rei uend.ergo ſi debitor ꝯ quem ceſſæ ſunt actiones efficeretur non ſoluendo, periculum ad me ceſsionarium ſpectaret: quia ubi quis recipit nomen debitoris inſolutum ſtatim liberatur dans,ſecundum Imo.& Scrib.in d.l.facta, §.ſi hæres, ad Treb.Quod cogitandum reliquit.
Circa intellectum d.l.3.uide eundem Rub. conſi.159.So .Iun.conſ.81.nu.17.lib.1. Hæc Rub.conſideratio fuit Cum.conſi.4.col.fi.D. Stella. Vbi Cuma.conſiderat pro concordia dictorum iurium,ꝙ in d.l.fin.tranſigens non poteſt præiudicare ceſsionario, ſed bene ſolutionem recipiendo , ut in d.l.3.antequam interueniat alterum illorum requiſitorum.
15 Non omitto,† quòd Bald. in l.1.col.fin.C. quando prouo.non eſt nece.duobus aliis modis ſaluat,& conciliat dicta iura.Primò,quòd d.l.3.loquitur in caſu ſuo. ſ. quando ceſsio fit creditori cedentis, ſecus ſi fieret emptori,uel donatario . Et eſt ratio d\u0304iæ,quia iſta ceſsio,
uæ

quæ fit creditori ſuccedit loco pignoris,& cũ in iuribus nõ interueniat uera traditio, remanet quaſi poſſeſsio illius iuris penes cedentẽ.
Secundo, & uerſus ceſsio, quæ fit creditori fit gratia utriuſq;, ſed ſi fit emptori, ſeu donatario fit gratia emptoris, uel donatarij tantũ. Et ideo lex æquiparat emptorem et cui facta eſt reſtitutio ex Trebelliano, text. eſt uulgaris, tñ unicus in iure. in d. l. fi. de tranſ. Ergo debitor, ſi cedens agat, poteſt ei obijcere de iuris incompetentia. Quas ſolutiones Bald. refert, & approbat Bertrand. conſ. 290. lib. 4. par. 1.
Poſtremo ego rñdeo, ſi in d. l. 3. C. de noua. alterum ex illis ibi expreſsis requiritur, ut debitor uideatur inhibitus, ne ſoluat creditori inter quæ præcipua eſt denuntiatio, & in d. l. fi. de tranſ. ſimpliciter dr, ꝙ ſi debitor hæreditarius ignorabat uenditionem hæreditatis excuſatur, ſi ſoluerit hæredi, nõ poteſt inferri à contrario ſenſu, ergo ſi ſciuit non excuſar, 16 qm non ſufficit ſimplex † ſcientia, ſed requiritur inhibitio, ut d. l. 3. & hoc ſentit ibi glo. 1. in primo intel. quicquid poſtea dixerit, quam in hoc reprehendunt Paul. de Caſt. Alb. Fulg. & Iaſ. ſibi contrarius ibi. in d. l. fi. Saly. in l. nomẽ. col. 1. C. quæ res pig. obl. poſſ. Et ſic concludendum vř, ꝙ in caſu d. l. fi. ad hoc ut debitor dicatur inhibitus, ne ſoluat, requiritur ſaltem denuntiatio, iuxta d. l. 3. Cautio tamen
adhiberi

adhiberi poteſt, ut tollatur prouiſio.d.l.ad fauorem ceſsionarij, ut per Cæpol. caut.240.tu habes,&c.

Vlterius Rip.in d.c.cum M. nu.166.de conſtit.opponit ꝯ Bart. ꝙ imò non requiritur de
17 denuntiatio, quoniam † dies interpellat pro homine.l.magnam.C.de contrah.& commit. ſtipul. Verùm uenditor promiſit lite mota defendere cauſam ſtatim, quamprimum ſcit litem motam eſſe, dies illa dicitur eum interpellare, ut defendat.

18 Cui argumento reſpondet ipſemet, ꝙ † regula.l.magnam, procedit in die certa, ſecus in die incerta, quia illa non interpellat, ut declarat Bart.in l.ita ſtipulatus, la grande.in 2.q.priu.de uerb.obl.

Vel dicenndum eſt, ꝙ promiſſa eſt ſimpliciter legitima defenſio, quando lis moueretur,
19 quo caſu qñ aliquis obligatur † ad factum, tunc ita demum tenetur ſi requiſitus fuerit. gl.eſt not.in l.uniuerſa, quam ibi multis ſimilibus exornat Iaſ.C.de prec.Imp.off.

Quemadmodum ſi in ciuitate lex eſſet, ꝙ prætor cogat agnatos ad cõpromiſſum, intelligitur ſi aliqui litigatorum petierint. Nemini.n.prętor officium ſuum impartitur, niſi petenti.l.4.§.hoc autem iudicium, de dam.inf.

Quòd & in ea lege pluries reſponſum eſt, quæ forenſem ſatiſdare iubet, intelligit enim ſi cau-

ſi cautio petita fuerit.l.peto. §.fi.de leg.2.Alcia.lib.1.de uerb.ſig.pag.26.in paruis.

Vel reſpondeas, ꝙ argumentum procedit in ſimplici promiſsione facti, ſecus in iſta de
20 defendendo; quia nō poteſt promiſſor † defendere, niſi ſciat. Abb.ꝯſil.49. col.2.lib.2.Felyn.c.ſi aūt.col.3.de reſcrip.Alciat.conſ.760. in fine. Blancus &c. Not. tamen ꝙ ſi emptor cui mota eſt lis, proteſtatur ſe non poſſe denuntiare uenditori,quia neſcitur ubi ſit,ꝙ eo reuerſo tenetur ultra primam proteſtationē iterum denuntiare, aliàs intelligeretur receſſiſſe à proteſtatione,ita tenet Iaſ.in l.de pupillo,§.ſi quis ipſi prætori. num.4. de no.operis nunc.quicquid contra ſenſerit Ang.ibi.

21 Secundò dubitat, An ſufficiat † ſimpliciter denuntiare litē eſſe motam, an uero dicendū ſit,ut ueniat ad defendendum, & in ſe litē ſuſcipiendam, & ſic, ut non ſufficiat denuntiationem fore notificatoriam,ſed etiam requiſitoriam? Bart.in l.non ſolum.§.morte.nu.51. de no.oper.nun. tenet,quòd in libello nuntiatorio dicatur, quòd ſibi mota eſt lis,& quòd ueniat ad defendendum, allegat text.in l.1.C. de per.& cō.rei uen. in illis uerbis.ut cauſæ agēdæ adeſſet &c. & l.ſi rem,la prima. §.fi.ibi, ut de ea re agenda adſit &c.de euict.& l.ſi parentes. C.eo.idem tenet. in l.at qui natura.§. cum me abſente.nu.4.de neg.geſt. Addit Iaſ.

in d.§.morte.nu.39.ꝙ ſufficeret denuntiare uenditori;ꝙ aſsiſtat liti motę.hoc tenet Ang. in l.denuntiaſſe,in prin.de adult.allegat text. in l.empti actio.C.de euict.ubi formalis text. ibi,interpellare uenditorem,ſiue ſucceſſorem eius debes,ut tibi aſsiſtat, cāmq; inſtruat &c. & Iaſ.addit tex.in l.cum ſucceſſores. C.eo.qñ ait,aſsiſtere negotio denuntia.&c. Et iſta eſt communis opinio,ut teſtantur Fely.nu.64.& Rip.nu.165.in c.cum M.de conſt. quæ opinio fuit originalis glo.1.in l.auctore.C.de euict. idem tenet Hier.Cagn.in l.uenditor. col.1.de iud.tex.& gl.1.Abb.& alij in c.fin.de empt.& uend.Bal.l.ſi cum quæſtio.C.de euict.Paul.de Caſt.conſi.240.effectus,in 2.dub.lib.1.& in l. 1.num.3.C.ubi in rem act.qui allegat tex.in l. ſi plus.§.mota.de euict. Bal.in tit.ſi de feud. uaſ.ab alio interp.fue.in prin.Ang.conſ.177. Abb.ꝯſ.45.& ꝯſ.49.col.2.lib.2.Alex.conſi.24. col.2.lib.4.conſ.190. num.20. lib.6.conſ.27. lib.7. Cor.conſ.325.col.3.lib.1.& communẽ dicit idem Corn.conſil.255.col.2.lib.3.Rub. d.§.morte.nu.416.Gozad.conſi.94.num.41. plenè Gratus conſil.139.col.1.& 2.lib.2.Capyc.deciſ.106.num.2.Aufr. In addi.ad Capel. Tholoſ.deciſ.407.circa fin. Rimin.conſi.147. nu.3.lib.1. Alciat.l.deteſtatio.col.19.in par. de uerbor.ſign. Did.d.lib.5.uar.reſol.cap.17. illat.2.

Con-

Contrarium tenent idem Bal. in l.emptor. C.de euict.Salyc.d.l.1.C.de pericu.& com.rei uẽ.Iaſ.in d.§.morte, & mouetur ex pluribus.

Primò,per tex.in l.ſi cũ quæſtio.C.de euic. ibi, Auctorem tuum certum feciſti &c.in quibus uerbis uidetur probari, ꝙ ſufficiat ſimplex denuntiatio litis motę.Et qnamuis uerũ
22 ſit,quòd uenditor† teneatur uenire ad defendendum, non tamen ſequitur, ꝙ neceſſe ſit illud denuntiari, cum ex denuntiatione litis motæ habeat ſcire ſe obligatum uenire ad defendendum.adde.l.ſi controuerſia.C.eo.cum ſimilibus.

Rñdet Rip.in d.c.cùm M.nu.165.ꝙ illa lex ſimpliciter loquens de certificatione debet declarari per alia iura ſpecialiter loquentia. Quæ reſponſio ſuſtineri poteſt Nam quando
23 lex † ſuper aliquo diſponit,prę̃ſupponit cætera habilia concurrere.l.qui teſtõ,la ij.in prin. de teſta. unde cum lex ſi cum quæſtio, diſponat, ꝙ uenditor eſt certificandus; dicendum eſt talem certificationem continere debere ſua requiſita,de quibus in d.l.1.C.de peric.& com.rei uen.& in alijs iuribus ſupra citatis.

Secundò,Bal.mouetur in d.l.1.col.2.in ſecundo caſu.C.de peric.& com.rei uẽ. per tex. in l.j.§.denuntiare,igitur,de uen.inſp.ubi pro
24 batur,quòd† muliere prægnante ſatis eſt denuntiare ijs quorum intereſt partum nõ ed:.

Reſpondetur ſecundum Iaſ. in d. §.morte, loco præcitato, quòd ibi non ſufficit denuntiatio certificatoria,ſed etiã requiſitoria interuenire debet,ut probatur in d.l.1.§.de inſpiciendo,ibi,denuntiandum curet,ut mittant (ſi uelint) quæ uentrem inſpiciant.

Tertiò adducunt. Denuntiatio litis motæ ſolum fit ad finem, ut denuntiatus defendat
25 emptorem.Ergo cum ſit unica † ratio denuntiationis, debet haberi pro expreſſa, iuxta gl. l.quamuis.C.de fideic.

Reſpondet Iaſ.in d. §. morte, quòd poteſt hæc denuntiatio fieri ad duplicem effectũ,uel ut ueniat ad defendendum,uel,ut teneatur de euictione. Quæ reſponſio nulla eſt,cum ſemper ad illum finem fiat denuntiatio, ut uenditor teneatur de euictione d. l. ſi cum quæſtio.

Alio modo reſpondet Rip. in d. c. cum M.
26 præſupponendo, quòd emptor † aduerſus eum, qui litem mouit poteſt ſe tueri,& iuribus proprijs,& iurib.uenditoris.l.emptor.C.de euic. unde dicit, quòd ad alium effectum poteſt fieri denuntiatio.ſ.ut uenditor inſtruat ipſum emptorem de iuribus ipſius, quibus mediantib. poſsit ſe defendere.

Replicatur,quòd denuntiatio fit principaliter, ut uenditor ueniat ad defendendũ [b] emptorem, ut iura ſupra allegata demonſtrãt, &
27 dicitur † defendere uenditorem,etiam ſi non aſsiſtat,

aſsiſtat, dummodo inſtruat emptorem, & iura, quæ habet ad cauſam facientia ipſi commodet, ex quibus iuribus litis motæ defenſio proueniat.

28 Rñde igitur clarius, ꝙ pro forma † requiritur ut in denuntiatione põnatur, ꝙ ueniat ad defendendum uenditor. l. emptor. C. de euict.

29 Igitur forma † data adimpleda eſt ſpecifice, & geſta ꝯ formam ſunt nulla. c. cum dilecta, ubi Felyn. de reſcript. l. cum hi. §. ſi prętor, de tranſ. Alex. conſ. 24. lib. 4. Non obſtat illa gl. qm̃ nos non loquimur, nec quærimus de ratione motiua, quare lex uoluerit uenditorem interpellari, ut ueniat ad defendendum, ſed nos diſputamus de expreſſa legis diſpoſitio-

30 ne, quæ cum ſit clara † non eſt opus coniecturis. l. continuus. §. cum ita. de uerb. obl.

Quartò facit ꝯ Bart. & communem illud, quod ponit Bal. in l. uinum, ad fi. ſi cer. pe. ubi

31 ait, quòd in denuntijs † ſufficit narrare factum, nec requiritur petitio, uel concluſio.

Reſpondet Rip. in d. c. cum M. quòd dictũ

32 Bal. procedit in proteſtationibus † declaratorijs, uel certificatorijs, ſecus in incitatorijs, uel prohibitorijs, in quibus per modũ nuntiationis, & non petitionis requirit ꝯcluſio, ut tenet idẽ Bal. in tit. ſi de feud. uaſal. ab alio interp. fuer. nu. 2. & hoc modo Bald. ſeipſum declarat. Et ita cum priore communi opinione

tranſeundum eſt, pro qua ſtat etiam glo.fi.in clem.cauſam,de elect.

Tertiò in dubium reuocatur, An qñ denuntiatio uenditori eſt facienda ſufficiat denuntiare litẽ eſſe motam: an uero ſit neceſſe, ut in publicam formam libellus tradatur uenditori oblatus contra emptorem; aliàs uenditor non teneatur ei credere litem fore motam?

Bart.in l.empti actio. C.de euict.& in d.§. morte.nu.48. Alex. nu.41.& Iaſ.nu.38. Ang. in l.in executione.§.inſolidum.& in l.cum ex cauſa,de uerb.ob.& Alex.in ɔſ.33.col.fi.lib.3.
33 tenent, ꝙ requiratur † inſertio libelli in denuntiatione. Et hanc eſſe communem opinionem teſtatur Rip. poſt Fely.nu.63.in d.c.cum M.nu.163.de conſtit. Aret.in §.actionum.nu. 18.cir.mediũ,inſti.de act.Rub.d. §.morte.nu. 414.Ruy.conſ.136.nu.8.lib.5.Riminal.conſ. 147.nu.5.lib.1.Anan.conſ.31. Alcia.l.deteſtatio,col.19.in par.de uer.ſig.Rip.in l.quod te. nu.65.ſi cer.pe.Rebuf.d.tit. de dilat.art.5.gl. un.nu.33. Didacus d.lib.3.uar. reſol.c.17.illa.3.Et propterea Hier.Cagn.in d.l.uenditor, de iud.dic t,ꝙ ſeruatur in practica,ꝙ empto-
34 res † uenditoribus, & auctoribus ſuis litem intimant ꝯ eos motam ſuper re uendita requirendo,& interpellando,ut ueniant ad defendendũ eos, & onus defenſionis cauſæ in ſe aſſumere,exhibendo ad hunc effectum,ut certiore-

tiores de omnibus reddantur copiam petitionis,& libelli,actaque (ut dicitur) disbrigata, proteſtando de oibus dãnis expenſis, & interesse,& de agendo ꝯ eos de euictione ſuo loco, & tempore:&, ut magis ſecurè cuncta procedant auctoritate iudicis hæc ſuis auctoribus intimare faciunt. Hoc idem tradit Card.Zabar.in clem.cauſam. §. fin. de elect.ſubdens,

35 ꝙ intimatio, † quam facit emptor uenditori lite ſibi mota in caſu.c.fin.de empt.& uen.de rigore iuris debet fieri, ut arctetur uenditor ſub forma d. clemen. quod perpetuò not.dicit,quia communiter ignoratur,& rarò benè intelligitur; manda igitur memoriæ.

Eſt uerum,ꝙ Ang.in d.l.emptor,ubi etiam

36 Bal.nu.5. dicunt, ꝙ de ꝯſuetudine † hoc non ſeruatur, ſed ſolum ꝙ uenditor citatur ut ueniat ad defendendum emptorem in cauſa euictionis,& litis motæ,& in citatione nuntiatur ei litem eſſe motam, & dicit iſtud eſſe tenendum,& nihil allegat. cuius dictũ ſaluatur per Alex.& Iaſ.in d.§.morte. & Rip.in d.c.cũ M.& in l.quod te,in numeris ꝑcitatis, ut procedat quatenus denũtiatio, & intimatio litis motæ fieret auctoritate iudicis, quoniã tunc non eſſet neceſſarium, ꝙ fieret fides de ꝯtentis in proteſtatione intimatoria, quod dictũ Ang.tenet ẽt Bald. in l.ſi cum qõ.C.de euict.

Dum præfati Bald.& Ang. dicunt conſue-

tudinem extare, uidetur illis credēdum; quia
37 doct.† excellentibus atteſtantibus de conſue tudine credendum eſt, Dec.in l.2.§.1.col.fi.ſi cer.pet. conſ.691. nu.12. cum ſeq. qui ad hoc multos citat Soz. Iun.conſil.60.lib.2. Gratus conſ.12.nu.58.cum ſeq.lib.1.ſubdens ꝙ opinio Bart.in l.de quibus, de legib. uidetur communis, ubi tenet, quòd doct. atteſtanti de conſuetudine credatur.

Ego circa principalem articulum ſeruarē opinionē Bar. ſiue iudicialiter ſiue extraiudicialiter fiat talis intimatio, in quam ſnīam ēt inclinat Cagn.in d.l. uenditor.nu.4.de iudic. Ratio, quæ me mouet eſt illa, quoniam ſemp
38 † ſolet libelli, & petitionis in iudicio productæ dari copia, ut reus conuentus deliberet, an uelit cedere, uel contendere. l.1. de edend. Et cum uenditor ſuſcipere litem debeat, certior reddi debet de ſtatu litis, ut ſibi ꝯſulere poſsit quid agere debeat. Et ꝙ Bal.& Ang. dicunt de conſuetudine ſeruari contrarium ſcimus, ꝙ Doct. quamuis excellenti aſſerenti ita ſeruari de conſuetudine non eſſe credendum,
39 †quoniā illi eſt conceſſum iura interpretari, non autem ſuper his, quæ ſunt facti diſponere Dec.ꝯſil.472.nu.17.qui alios allegat. Neuiz. ꝯſil.45.nu.7. cum ſeq. qui infinitos allegat, & conſ.66.nu.31.ubi etiam de more doc. turbā inducit, atteſtans ex allegatis hanc eſſe communem

munem ſententiam, quicquid in ꝑriũm dicat cauſæ illi inſeruiendo in d. conſil. 691. & in d. §. 1. ubi Mod. Appoſt. atteſtatur ueriorẽ eſſe opinionem contra Bart. & uide eundem Dec. conſ. 402. in materia conſuetudinis. Vel reſponde & intellige, ut nouiſsime declarat Aymo conſi. 166. nu. 9. ubi infinitas Doct. auctoritates allegat. Vel dicas, ꝙ de huiuſmodi conſuetudine allegata poterit ſe iudex informare, & ſecundum probata procedere Grat. conſil. 139. in fin. lib. 2.

Rom. etiam in d. §. morte, ut ibi referunt Alex. & Iaſ. aſſerit, ꝙ Bar. opinio non eſt uera, imò non oportet libellum oſtendi litis moræ uenditori, quaſi hoc ſentiat gl. fi. in d. cle. cauſam, iun. tex. dum ibi gl. uult tutius eſſe ſeruari formam. d. cle. in hac denuntiatione, & ſic non eſt neceſſe, ꝙ ſeruetur forma exhibitionis libelli. Vnde certus dr̃ ꝑm eum uenditor quomodocunque ſit certificatus. l. certum, ff. ſi cer. pet. & debet uenditor † credere ſimplici aſſertioni emptoris, ſi vir bonus reputabatur. arg. l. argentum, commod. & glo. fin. in l. à Titio, de cond. & demonſt.

40

Alex. & Iaſ. his non obſtantibus dicunt nõ eſſe recedendum ab opinione Bart. & pro ea dicunt facere d. clem. cauſam, in fi. ibi, dum dicit text. idem quoq; in alijs caſibus obſeruari uolumus, in quibus requirit intimatio facienda.

da.iunᏧo prin.illius clem. & ita intellige gl.
41 ibi.Nec eſt uerum,ꝙ debeat † credi aduerſario meo mihi proteſtanti,ut pro eo aliquid faciam, nec iſtud dñt iura allegata in ꝯrium.
42 Non.n.† creditur alicui in eo, quod ꝯcernit commodum ſuum, & onus alterius.l.nullus, de teſt.l.omnibus. C.eod. aliàs ſequeretur,ꝙ nunquam proteſtanti incumberet onus certificandi aduerſarium, ſed eſſet credendum proteſtanti,contra.l.nomen.C.quæ res pign. obl. poſſ.l. ſi quis inficiatur,depoſ.præſertim cum quilibet bonus præſumatur.l. ſeruus, cũ glo.de manum.teſtam. l.meritò,pro ſoc.cap. fin.de præſumptio.
Subdit poſtea Iaſ.in d.§.morte,ꝙ uerba Bar.
43 ſunt ſanè intelligenda dum dicit, quòd † libelli debet dari copia auth. intellige ſi petatur à uenditore,aliàs ſufficeret ei legere,iuxta diſpoſitionem d.clem.cauſam, ubi tex.alternatiuè loquitur,& ibi gl.in uerb.petita.

Non vr̃ recedendum ab antiqua praᏧica, quæ eſt,ut ſemper in libello nuntiatorio inſeratur petitionis tenor ad hoc,ut uenditor certior reddatur de lite mota, & poſsit conſultius reſpondere. Vnde Rom.fruſtra conatur oſtendere, quòd ſimplici relationi emptoris eſſet credendum;quandoquidem ultra ſimplicem notitiam litis motæ requiritur, ut uenditor incitetur, atq; interpelletur,ut ad defen-

den-

dendum ueniat, litique ipſi aſsiſtat, propter quod à legis forma deuiandum non eſt.

44 Quid ſi uenditor ſponte† uenit ad ſuſcipiẽdum litem? Dicendum eſt, ꝙ non requiritur tunc alia denuntiatio, cum ceſſet cã ꝑ quã fieri ſolet. ſ. ut inuitetur uenditor ad defendendũ, quo caſu cum ultro ſe offerat, non eſt ſuperuacuis laboribus inſiſtendũ, arg. l. is qui ſe obtulit, de rei uend. ita tenet Bal. in l. 1. nu. 10. C. de peric. & com. rei uen. ubi ait, ꝙ debet admieti ad inſtructionem cauſæ pro ſuo intereſſe, ut not. in l. ſi ſuſpecta, in prin. de inoff. teſtam. probat tex. in l. ſi parentes. C. de euictio. ubi not. Salyc. quòd qui de euictione tenetur non poteſt prohiberi quominus aſsiſtat in iudicio, Aymo conſi. 14.

45 Colliguntur † ex ſupradictis quatuor concluſiones.

Prima, quòd uenditori etiam ſcienti notificari debet ab emptore litem ſibi motam ſuper re uendita.

Secunda, non ſufficit ſimplex notificatio, ſed requiritur ut incitetur ad ſuſcipiendam defenſionem.

Tertia, in libello nuntiatorio debet inſeri copia libelli, & petitionis contra ipſum emptorem factæ.

Quarta, ſi ultrò uenit uẽditor ad ſuſcipiendum litem, non requiritur alia inſinuatio.

Tres

Tres priores concluſiones recipiunt aliquot notabiles limitationes.

Prima limitatio eſt, ut non procedant ſu-
46 pradicta, ſi † uenditor in inſtro uenditionis iuraſſet uenire ad defendendum emptorē in cauſa euictionis, quoniam tunc ſi ſciat litem motam nō requiritur alia denuntiatio. Hanc limitationem ponit Alex.in l.2.§.uoluntatē. nu.16.ſol.ma.illam tenet Iaſ.in l.quod te,nu. 22.Dec.in lect.nu.11. & in rep. nu.43. ſi cert. pet. idem Alex. conſil.126. lib.1.Aret.conſil. 150.Corſet.in repet.rubr.de iureiur.priuil.4. Bauer.in trac.de iur.iur.illa.7. Cremenſ.ſing. 122.ubicunque &c. Rubeus conſ.152.in fi.& in d.§.morte, nu.420. Soz. conſ.27. nu.10.& conſ.57.nu.11. Grat.conſ.139. nu.7.cum ſeq. lib.2.Cur.Iun.conſ.74.nu.7. Capy.deciſ.106. num.3.uer.ſecundò facit &c. Aufr.in add.ad Capel.Thol.q.407.limit.5. Fely.c. licet Hely. col.3.limit.4. de Sym. Roland.à Valle conſi. 6.conſi.57.nu.45.lib.1.& conſil.25.num.22. lib.2.Natta conſil.262.nu.20. Didacus lib.3. uariar.reſol.cap.17.illat.5.ex quibus uidetur quòd iſta ſit communis opinio,ut teſtatur etiam in dicta.l.quod te.pro qua opinione faciunt infraſcripta.

Primò,dictum Cano.in c.breui,ubi Ab.nu.
47 5.de iureiu.ubi dicunt,quòd ſi uaſallus,† uel alius promiſit defendere eccleſiam,& ita iura

uerit

nerit, ſi poſtea talis iurans ſciat imminere neceſsitatem eccleſiæ non requiritur alia interpellatio.

Secundò, dictum Spec. in tit. de Aduo. §. 1. uer. quid ſi is qui iurauit &c. mouetur Spec. ſimpliciter propter ſtimulum iuramenti.

Tertiò, tex. in c. 1. §. licet. ſi de feu. fue. controuer. inter dom. & agna. vaſal. ubi uidetur tex. apertus, ꝙ uaſallus ſciens domino imminere periculum, tenetur ultrò non requiſitus auxilium præbere, & hoc propter iuramentum fidelitatis &c. c. 1. de nou. for. fidel.

Quartò, Rip. in d. §. uoluntatē, inducit nu. 18. hoc fundamentum, cum abſq; promiſsione, & iuro uenditor facta denunciatione tenebatur liti aſsiſtere. l. 1. C. de pericu. & com. rei
48 uen. ergo† promiſsio, & iuramentum debent aliquid ultra ius operari, ne ſint fruſtratoria. l. ſi quando, de leg. j. dicamus igitur, quòd operentur, ut teneatur uenditor etiam denunciatione non facta. idem ſentit Rip. in l. ſi inſulam. nu. 91. de uerb. ob.

Quintò, Gomeſ. in §. item ſiquis poſtulante. nu. 10. inſtit. de act. allegat hanc rōnē, quia ex quo quis iurauit certum quid facere, eo ip
49 ſo, ꝙ inſtat termīnus faciendi, iurm † ex quo eſt uinculum animæ interpellat, argu. c. præterea, de appel. & c. fi. ne præla. uic. ſuas.

Sextò, idem Gomeſ. loco citato. ſtrictius

ad propoſitum noſtrum inducit d.§.licet.Nã
50 † ubi aliquis caſus eſt deciſus in materia feu dali, qui non reperitur deciſus de iure cõi, poſſumus de illo arguere, & inferre ad alios caſus non deciſos continentes eandem ratio nem,& iuſtitiam.ita not.decidit Rom.conſi. 212.in 2.dub.allegat Bat.in l.ſi mihi,& Titio, de uerb.ob.Iaſ.in l.j.nu.60.de iur.emph.cum igĩ tex.in d.§.licet, loquatur in materia feu- dali,& ſit fundatum in ratione naturali, & iu ſta, põt ex eo inferri ad deciſionem cauſarum in alijs cauſis. Ergo erit concludendum,ꝙ ſi- cut ibi iur̃m conſtituit quem in mora ſine in- terpellatione, ita & in quacumque materia, & per iſtud dictum tenet hanc limitationem Ant.Burg.in c.ſi.de emp.& uend.

Septimò,Iaſ.in d.l.quod te,adducit doctr. Bal.in c.querelam. de iureiur. per illum text.
51 cum gl.ubi tenet, ꝙ conductor † qui iuraue- rat ſoluere penſionem ceſſando per annum, conſtituitur in mora,quam deciſionem refe- runt & ſequuntur Alex. conſil.85.lib.1. Cor- ſet.in uerb.Emphyteuta,il 1. Mai ſil.ſing.226. emphyteuta &c. Iaſ.l.ſi quis maior, nu.12.C. de tranſ.& in l.2.q.9. C.de iur.emphyt.& Ca- gnol.in d.l.ſi quis maior,nu.51.

52 Octauò,facit † is qui promittit facere,& cu rare ipſo iure conſtituitur in mora, quia intel ligitur,quamprimum poteſt, ita ſingulariter dicit

dicit Bal.in c.j.§.ad hoc,nu.3. hic ſi.lex.quod dictum pro not.refert, & ſequitur Alex.conſ. 157.nu.2.ubi Moder. Appoſt.multos concor dantes allegat. lib.6. & conſ.148. nu.2.lib.7. Cur.Iun.ꝯſ.74.col.4.Rub.d.ꝯſ.152.ad fin.ſed iuramento intelligitur quis promittere factu rum,& curaturum,ut probatur in c.ex literis, de ſponſ. Bald.in l.fin. C.de non num. pecun. Adde Aret.conſi.152.Felyn.cap.ex reſcripto, col.fi.de iureiur.ergo &c.

53 Nonò, iuramentum † habet uim litis ꝯte ſtatę.l.nam & poſtea.§.ſi is qui tpali,ubi Bar. & alij de iureiu.Iaſ.§.item ſiquis poſtulante, col.1.uer.hinc ſumpta occaſione &c. inſti.de act.Aymo conſ.71.nu.2.ſed per litis conteſta tionem debitor conſtituitur in mora. l. ſi in Aſia.§.fin.depoſ. cum ſim. ergo & per iuřm.

Decimò,probat tex.in l. eum qui.§.ſi iura uero,ubi Bart.uer.poſt mortē.&c. de iureiur. ubi hř, ꝙ ſtante iuramento interueniente mo ra ante interitum rei debetur res. Cum ne- mo regulariter conſtituatur in mora, niſi per interpellationem; attamen ibi conſtituitur ſtante iuramento: ergo iuramentum habet uim interpellationis.

54 Vltimò addendum eſt,ꝙ ſtante † iuramen c to alia interpellatio c neceſſaria non eſt cap. breui,de iureiu. ubi Doct.Cur.Iun.& Rub.in ſupra citatis ꝯſilijs,Goz.conſ.27.col.3.ꝯſi.31. col.1.

col.1.in fi.conſi.57.col.3.in fi.circa medium. Aymo conſi.64.nu.2.

Contrariam opinionem, quòd imò requiratur denuntiatio litis non obſtante iuro, tenent idem Alex. ſibi contrarius in d.l.quod te, num.8.ſi cer.pet.& ibi Alcia.in uerb.deberes. Gomes. in d.§.item ſiquis poſtulante. num.10.inſt.de act.Io.Lupi in c.per ueſtras,in fi.de don.inter uir.& uxo.Rebuff.in tit.de dilat.art.5.gl.uni. nu.36. ubi atteſtatur in praxi hanc limitationem non ſeruari, quia oportet, quòd emptor declaret uenditori litem, & an uelit eum defendere: Antequam ergo uenditor requiratur nõ tenetur,& hanc opinionem probat Baue.tracta.de mora,part.2.nu.21.Plaut.in l.quód te. lib.4. nu.24. & ſeq. ubi alios huius opinionis aſſertores allegat, & Cagno.ibidem num.95. Quæ opinio probatur ex infraſcriptis.

Primò, quoniam de natura contractus emptionis, & uenditionis eſt, ut requiratur denuntiatio et ſcienti facienda per ſupradicta. Igitur iuramentum
55 † debet intelligi ſecundum naturam actus, ſuper quo interponitur.l.fi.C.de non nu. pecu ubi iuramentum quo quis iurat ſoluere pecuniam ſibi mutuò numeratam eam conditionem habet, ut intra biennium poſsit, qui iurauit opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ. Hæc ſiquidem promiſsio ſoluendi pecuniam numeratam propriam hanc naturam habet, quòd

poſsit intra biennium obijci exceptio non nnmeratæ pecuniæ.Idem conſtat in c.quemadmodum, de iureiur. etenim, qui iurat aliquam in uxorem ſe ducturum, non tenebitur eam in uxorem ducere, ſi poſt hanc promiſsionem ipſa fuerit fornicata, quia huius ſponſalitiæ promiſsionis illud eſt proprium,quòd ſponſa nou fornicetur: igitur iurm̃ non mutat hanc propriam huius actus naturam.facit optimus tex.in l.ult.C.de lib.cauſ.& ſic iurm̃ habet illam tacitam conditionem, quam hẽt actus,ſuper quo interponitur, ut not.Angel. conſ.315.ſtatuto cauetur,col.1.Old.q.278.licet quantum.q.3. Dec.conſil.600. in fin.euictionis conditio ea eſt, ut ita demum uenditor teneatur,ſi illi fuerit denuntiatum, etiam ſcienti ab emptore; vt ſupra pluries inculcauimus,ergo eadem conditio ineſt iuramento ſuper illo actu interpoſito.

Huic ſolidiſsimo fundamento pro hac opinione primò rñdet Dec.in d.l.quod te,in rep.
56 num.44.ꝙ iurm̃ † non obligat in plus quàm ſit in principali,ita procedat d.l.fin. ſed benè obligat efficacius, ut not.Paul. de Caſt. Alexand.& alij in l.miles.§.decem,de re iudic.& iſto caſu agitur de obligatione efficaciori, quòd obligetur non interpellatus.

Replicatur,ꝙ quamuis iurm̃ efficacius obliget, Neuiz.conſi.21.nu.11.non tamen ope-

ratur ut excedat in ſua operatione naturam
57 actus, qñquidem iurm̄ † non auget obligationem, ſed ſolum addit uinculum religionis. Old.q.238.cum mulier.Dec.conſ.408.nu.10. Verum in propoſito noſtro iurm̄ in plus obligaret uenditorem non laudatum, nempe uel ad pœnam dupli.l.2.de euict. uel ad intereſſe ultra rem.l.fideiuſſor.de dol.mal.except.quo caſu Dec. decipitur in hoc cum præſupponat efficacius,& non in plus obligari uenditorem non interpellatum, quod non eſt uerum, ut demonſtratum eſt. Vnde ſecundò modo rñdet Rip.in d.l.ſi inſulam, nu.91. de uerb.obl.
58 ꝙ uerum eſt iurm̄ ſequi † naturam actus, intellige primordialem,Marſ.ſing.226.emphyteutam.Aymo conſi.102.nu.7. non enim ſm̄ accidens, de qua nos loquimur, Dec. c.1.col. 13.de iud. glo.in uerb.ex omni cauſa,in fin.in l.certi condictio,in princ.ſi cert. pet.arg.l.itē ueniunt.§.cum prædiximus,de pet.hære. Sed uenditorem teneri de euictione naturale eſt. l.pacta conuenta,de ꝯhen.empt.ꝙ tñ ſcientialis ſit denuntianda non eſt quid naturale,nec proprium huius ꝯctus, ſed generale & omnibus aliis conueniens ad moræ conſtitutionē, atq; item accidentale,Bal.in l.1.col.1.C.com. Ego audacter teneo, ꝙ iurm̄ ſequatur naturā
59 actus accidentalem, qñ acceſſoriè † uenit ad actum,Alex.in l.certi condictio,in prin.nu 8.

quem

quem ibi ſequitur Dec.ſi cert.pet. ſed cui dubium, ꝙ denuntiare litem motam uenditori eſt de natura emptionis & uenditionis conſecutiuæ,ut ſuprà demonſtratum fuit in 1. & 2. qō. Vel reſponde,ut per Gomeſ. in §. fuerat.
60 nu.12.inſt.de act.ut † illud procedat quando illud accidens continet pœnam, ueluti eſt in actione legis Aquiliæ, quæ per inficiationem creſcit: quòd non contingit in propoſito noſtro. Quinimò, ſi concedimus denuntiationem requiri, uenditor liberatur à pœna (ſi uult) nempe dupli,uel intereſſe.
61 Secundò facit, quia † uaſallus regulariter propter iurm fidelitatis non obligatur dominum defendere, niſi requiſitus text.eſt in c.1. de nou.for.fidel.c.1.§.ad hoc,hic fin.lex. text. rotundus,& gl.in c.1.in fin.an ille,qui interf. fra.dom. Igitur arguendo à cauſa feudali ad caſum noſtrum,uidetur quòd uenditor ratione iuramenti non teneatur emptorem defendere,niſi interpellatus.
Reſpondet Dec. in d.l. quod te, in rep. nu. 43.ꝙ in uaſallo conſiderandum eſt,ꝙ non obligatur ſimpliciter cum iuro, ſed tunc demū qn̄ ſit requiſitus d.c.1. de no.form. fideli.unde ſi requiſitus non fuit,non tenetur,non obſtante forma iuramenti,quia lex ultra procedit, & requirit interpellationem, ſecus uidetur, quando iuramentum interponitur ſimplici-

pliciter, prout Doct. loquuntur in d.c.breui, quia iuramentum operatur, ut debitor ſponte, quod promiſit offerre teneatur.

Dicas hanc reſponſionem Dec. nullam eſſe, quoniam d.c.breui, loquitur in iuramento, & tamen uult, quòd interueniat interpellatio, & ſic Doct. malè ibi ex illo tex. arguunt.

62 Tertiò, regula eſt, ꝙ † ad conſtituendum in mora requiritur interpellatio, ut probatur per glo. Bar. & Iaſ. nu. 22. in d.l. quod te, idem Bar. in l. ſi duo. §. ait prætor, de conſt. pec. per illum tex. & in l. ita ſtipulatus, la grande in 7. opp. 5. par. de uerb. obl. Dec. conſ. 516. nu. 21.

63 Aymo ꝯſ. 89. nu. 4. uerum † reperiuntur certi caſus ſpeciales in contrarium, de quibus per Alex. in d.l. quod te, & in iſtis non reperitur aliquid de iure, ergo debemus ſtare regulæ, quia dicens fallentiam illam probare debet. l. ab ea parte, de prob. Et non reperitur in iure aliqua diſpoſitio legis, quæ inducat hoc priuilegium iuramenti, ergo nec nos inducere debemus, arg. l. de precio, de pub. in rem act. erubeſcimus enim cum ſine lege loquimur. §. cōſideremus, in auth. de trien. & ſemiſſ.

Quartò, cū ex natura emptionis proueniat ut nuntiatio fiat uēditori litis motę, omnino facienda eſt, etſi in inſtrumento ſit iuramentū interpoſitum. Facit in arg. tex. in l. non dubitatur. C. de euict. ſicut. n. in illa lege diſponit, ꝙ

etſi

etſi in inſtr̃o non apponatur promiſsio eui-ctionis, nihilominus ex natura ꝯ̃ctus tacitè ſubintelligitur;ita etiam tacitè ſubintelligendum eſt, ut ita demum uenditor teneatur de euictione, ſi ſibi lis mota fuerit intimata.

Quintò,eſt fortis tex.in l.emptor. C.de euic. qui negatiuè loquitur, & uult ꝙ emptor niſi auctori ſuo denuntiauerit non habeat regreſſum de euictione ꝯ̃ uenditorem,quo caſu
64 quando † lex habet decretum annullatiuum tunc inductum ab ipſa lege dr̃ datum pro forma,& geſta ꝯ̃ formam ſunt nulla. c. Piſani, de reſti.ſpol.Fely.c.cum dilecta, col.7.uer.quintum ſignum,de reſcrip. Cum igitur in d.l.emptor, lex uelit, ꝙ emptor non habeat regreſſum ꝯ̃ uenditorem, niſi denuntiauerit, ergò neceſſariò requiritur denunciatio, cum pro forma à lege ſit inducta, quæ non poteſt alterari per iur̃m, arg.l.qui per ſalutem, de iureiur.facit in arg.illud quod not.in l.doli.§.diuerſum, maximè per Paul.de Caſt.de nouat. ſimiliter quod not.per glo.& Bart.in l.fi.§.fi. de cond.inde. Probatur etiam hæc noſtra ſententia ex doctr.Bal.in l.1.num.6. C.de peri.& comm.rei uend.& in l.nomen, num.2. C.quæ res pig.obl.poſſ. ubi uult expreſsè,ꝙ ubicumque in denuntiando requiritur certa forma tunc ſemper denuntiatio eſt de ſubſtantia, nec ſufficit ſola ſcientia.

Hęc poſterior opinio placet etiam Moder. Appoſt.in d.l.quod te, ad Dec. quia iurm intelligitur ſecundum ius, & ſubiectam materiam: quamquam ꝯrium conſuluerit Alex. conſ.9.nu.5.& conſi.148.nu.6.lib.7.& malè, ut ibidem dicit idem Mod.Appoſt. Cui opinioni non obſtant in contrarium allegata.

65 Primò,dictum Cano.in c.†breui,de iureiu. eſt falſum, cum text.ille ſuper quo eorum aſſumptum fundant,probet ꝯrium: præſuppo-nit.n.requiſitionem præcedere antequam ille qui iurauit eccleſiam defendere periurij reatum incurrat. Vnde ex illo tex.colligi pt pro iſta opinione argumentum, ꝙ iuramentum non conſtituit in mora abſq; interpellatione.

Secundò, dictum Spec.non obſtat,qui ſolum conſiderat ſtimulum iuramenti, quoniã ille ſtimulus in plus non obligat,quàm natura actus,quamuis ſtrictius liget.

Tertiò,tex.in d.c.1.§.licet,non officit,quia omnes in hoc conueniunt in d.l.quod te,& alibi,ꝙ ibi illud eſt ſpeciale in uaſallo,ꝙ teneatur dñm iuuare, qñ illi imminet maximum periculum, qui aliàs non tenetur niſi interpellatus d.c.1.in fi. an ille qui interf. fra.do.

Quartò,Rip.fundamentum fragile eſt,cum nec lege,nec ratione illud probet, quia iuramentum ſequitur naturam actus. d.l.fi. C.de non num.pec.

Quintò

Quintò, quod dicit Gomeſ. non eſt uerum, ſi ſimpliciter præſtetur iuramentum, quia regulatur ab actu ſuper quo interponitur.

Sexto, non obſtat Rom. conſi. quia opinio
66 ſua procedit † in feudo, & emphyteuſi, de qua loquitur; quia uidentur habere maximam conuenientiam, & interdum in illis argumentamur, ut not. Bart. in l. ut iuriſiurandi. §. ſi liberi, de oper. liber. Eſt igitur concludendum, quòd ex materia feudali ad aliam materiam non eſt inferendum, Bal. in c. 1. in fi. princ. de feud. cogn. Salyc. in l. 1. C. de iure emphyt. & eſt communis opinio.

67 Non obſtat ſeptimò doctrina † Bal. in d. c. querelam, de iureiur. dicendum eſt enim non eſſe ueram propter naturam, ac proprietatẽ ꝯtus emphyteutici, cuius proprium eſt non amitti emphyteuſim ob non ſolutam penſionem niſi intra biennium, c. potuit, loca. l. ult. C. de iur. emph. Similiter ut locationis ſimplicis propria eſt natura, ut ꝯductor non poſſit priuari iure ſuo niſi poſt biẽnium. l. quęro. §. inter locatorem, loca. Hęc proprietas non tollitur per iurm̃, quia ex eius ꝯtus ſpecie deſcendit, ut in ſimili dicebat Bald. in l. 1. nu. 1. C. commo. & hanc opinionem Bal. improbãt Mod. Appoſt. ad Alex. in d. conſil. 85. lib. 1. & Curt. Iun. in l. ſiquis maior. C. de tranſ. nu. 30. Quinimò Didacus Couarruu. in c. quamuis,

par.1.§.4.illat.6. num.5. de pact. lib.6.ait ex mente illius c.querelam, deduci poſſe ꝯrium illius,quod colligit ibi Bal. ſiquidē poſt bien uium à ceſſatione penſionis ſolutionis agitur ibi ad priuationem rei, cuius ratione ſoluere penſionem iurauit. Etenim ꝙ emphyteuta non poſsit ob ceſſationem penſionis ſoluendæ priuari emphyteuſi intra biennium, proprium eſt eiuſdem contractus ab eius exordio,& natura,non ex accidenti.

Ad illud quod octauò dicebatur, ꝙ iurō intelligitur quem promittere, ſe facturum,& curaturum,& qui promittit facere, & curare conſtituitur in mora quamprimum ſcit, & nou facit: igitur idem dicendum in iurante. Rñdetur ꝙ iurm̄ recipit in propoſito noſtro limitationem ab ipſo ꝯctu, ſicut enim in ꝯctu promiſsio euictionis obligat uenditorem facta notificatione, ut demonſtrat Dec.ꝯſil.74. Rip.d.c.cum M.num.166. de conſt.ita etiam in iuramento ineſt eadem tacita conditio notificationis. Vel reſponde ſecundum Rub.in
68 d.§.morre.num.421.ꝙ † imò in eo, qui promiſit ſe facturum,& curaturum requiritur interpellatio, ut uoluit Aretin. ſibi contrarius conſil.72. col. ult. qui loquitur ubi adeſt iuramentum,eiuſdem ſententiæ eſt Dec. conſil. 2.num.7.& in l.quod te, col.4. ſi certum pet. Mod.Ferra.in tract.moræ,col.2.

Quod

69 Quod nonò loco dr̃ † iur̃m habere uim litis conteſtatæ, intellige, ſcilicet, delatum & p̃ſtitum in iudicio ad litis deciſionem: quia nó requiritur alia conteſtatio, nec concluſio in cauſa ut feratur ſententia, ita ſingulariter declarat Mod. Appoſt. ad Dec. conſil. 682. nu. 7. Adde Iaſ. in l. ſi pecuniam, nu. 23. de cond. ob cauſam. Dec. cap. 1. num. 23. uerſ. quartò non obſtat, de iud. Rip. in l. ſi inſulam, num. 90. de uerb. oblig. & ſic non eſt uerum in iuramento in contractu interpoſito.

69 Ad doctr. Bart. † in d. §. ſi iurauero, decimo loco inductam rñdet Rub. in d. §. morte, nu. 425. ꝙ iuramentum non conſtituit in mora tempore contractus, ſed quamprimum potuit, ut in ſimili dicit glo. in §. omnis, inſtit. de uerb. obli. & iſta fuit conſideratio Alex. in d. §. ſi iurauero, in fin.

Tu dicas, ꝙ doctr. Bart. nihil obſtat, quia ſi conſideramus primum membrum ex mente Iac. But. & tunc loquitur in iuramento deciſiuo iudiciali, prout loquitur d. §. ſi iurauero. ſi ue: ò conſideramus ſequens membrum quã per iur̃m eſt ꝯſtitutum debitum, & tunc Bart. ſentit ꝙ iur̃m non conſtituat in mora, & ſic potius probat opinionem noſtram, quam ꝯ̃. Et non obſtat reſponſio Decij in rep. l. quod te, numero 43. in fine. quando ait, quòd ſicut interpellatio non excludit illud modicum

dicum tempus ita nec iuramentum, ut à pari procedant,& elapſo illo modico tempore iuramentum interpellaret. Nam reſpondetur, ꝙ in d. §. ſi iurauero, uirtute iuramenti non ꝯſtituitur in mora, ſed benè præſupponit tex. ꝙ propter moram tenetur de interitu. Quod intelligendum eſt, quando interuenit mora, uel per interpellationem. l. ſi ex legati cauſa, de uer.ob.uel lapſum temporis,ſeu iuramento deciſiuo interueniente.

Poſtremò, ꝙ iuramentum habeat uim interpellationis iuxta.c.breui,de iureiu.teneas, ꝙ in d.c.potius probatur contrarium, ut ſupra deduximus.cum uerba tex.ſint clara ab illorum ſignificatione recedendũ non eſt.l.non aliter,in prin.de le.3.cum enim in uerbis nulla eſt ambiguitas non debet admitti uoluntatis quæſtio.l.ille aut ille.§.1.de leg.3.

Et ex his uides quantum parum conſtantes ſint rationes,& argumenta Scrib.qui hanc limitationem ſequuntur. Quocirca hæc limitatio tenenda non eſt per ſupradicta.

Non omittam, quòd aliqui fuere,qui fœdere diſtinctionis utranque opinionem conciliare conati ſunt.

70 Imprimis † Soz.ꝯſi.133.col.4.uer.ſecundò principaliter,lib.1. diſtinguit,aut agit de pœna,& requirit interpellatio,aut de intereſſe,& non requiritur: quia de uno ad alterum non argui-

arguitur, quam diſtinctionem refert, & ſequitur Goz. conſil. 27. col. 3. circa med. & habere eam maximam æquitatem dicit Aymo conſi. 64. nu. 1. conſ. 192. nu. 17. & conſil. 246. nu. 1. ſentit Bauer. in tract. de mora par. 2. nu. 19. & nouiſsimè probat Mod. Appoſt. in ꝯſil. Alex. 157. lib. 6. Cum igitur actio de euictione contineat intereſſe, & non pœnam, dicendum eſt interpellationem non requiri ſtante iuramento, Bart. in l. ſi inſulam, in 3. oppoſ. 2. par. princip. de uerb. oblig.

Hanc diſtinctionem non probo, quoniam ſi talis uirtus attribuitur iuro, ut ꝯſtituat in mora abſque interpellatione, non uideo rationem diuerſitatis inter intereſſe, & pœnam; qñquidem & pro euictione agatur ad pœnā. Pau. de Caſt. in l. ſi cum emptor, ad l. Falc. l. 2. de euic. unde hęc diſtinctio omnino explodēda eſt, cum ſupra ſatis amplè probatum ſit, iuramentum non habere uim interpellationis.

71 Poſtremò Rip.† in d. §. uoluntatē, dicebat. Si uenditor ſimpliciter iurauerit, tunc nō procedat limitatio. Si uerò iurauerit ſuſcipere defenſionē quamprimum fuerit mota lis, & tūc procedat limitatio, quia tunc ſtimulatē uenditor ſtimulo iuri abſq; interpellatione ſtatim ſuſcipere defenſionem metu periurij euitandi. l. ſiquis maior. C. de tranſ. Hanc diſtinctionem (tacito auctore) probat Didacus lib. 3,

var.

var.reſol.c.17.illat.5.in fi. Subdit tamen hoc eſſe maturius conſiderandum propter Alex. qui in d.l.quod te,nu.8.tenet contrarium.Tu ideo illam reproba,quia nulla lege ,nec ratio ne probatur , ſed ſimplex illius figmentũ eſt, & eſt ꝯ text.expreſſum in d.c. breui.ubi ille in indiuiduo iurauit eccleſiam defendere, & tñ præſupponitur requiſitionem præceſsiſſe.

Id propter non recedas ab opinione contra limitationem, uelut iuſtiorem,ueriorem, & in praxi frequentiorem.

Eſt bene uerum, ꝙ ad tollendum omne du bium poſſet adijci in clauſula euictionis. Qui uenditor promiſit dictam litem in ſe ſuſcipere quamprimum ſibi fuerit denuntiatum, & legitimè intimatum,&c.

72 Secundò limitatur † ut non procedat, qñ uenditor ſciens habet inſtrumenta ad uictoriam facientia penes ſe; quia tenebitur de euictione, ſi illa ultrò nõ exhibuerit emptori, ẽt ꝙ ſibi non fuerit lis denuntiata,ſm Bal.in l.j. col.2.uerſ.uel niſi uenditor.C.de peri.& com. rei uen.allegat in arg. tex.in l.Iulianus. §.idẽ Iulianus, & l. Titius cum decederet,de actio. empt.Gratus conſ.139. nu.12. cum ſeq.lib.2. Aufr. in addit. ad q.Tholoſ.q.407.limitat.3. Rebuff.tit. de dilat. art.5.gloſ.unic. num.41. tom.3.Rub.in d.§.morte, num.434.arguit ꝯ dicens, ꝙ à communiter accidentibus uendito-

ditores habent iura rei uēditæ penes ſe, ut eſt caſus in l.Titius hæres,& in l.creditor,de aꝯ. empt.ergo rarò hr̄et locum iſta denuntiatio. Non obſtat d.l.Titius.quia ubi uenditor uendit ſcienter rem alienam, licet expenſę tranſſcendāt duplum rei,pn̄t repeti ab eo,licet emptor poſsit ꝯſequi eas ab euincente. Sed ibi non apparet,ꝙ denuntiatio remittatur.Concludit tandem,ꝙ ſcienter uendens rem alienā nulla denuntiatione facta tenetur ratione doli etiam nulla euictione ſecuta .l. ſeruus quē. §.ſi ſciens,de act.empt.Cepol.Caut.antepen. in fin. Verum ſi emptor moleſtaretur ratione rei uenditæ, neceſſaria eſſet denuntiatio,ut agi poſsit de euictione.

Similiter iſta limitatio reprobatur à Ripa in d.§.uoluntatem. Quia uenditor potuit credere, quòd emptor ideo illi non denuntiauit litem, quia confidebat de iuribus ſuis. l. emtori.C.de euict.

Hęc limitatio confunditur per dictum Bal. in d.l.1.num.6.ubi uult expreſsè, ꝙ ubicumque in denuntiando requiritur certa forma, tunc ſemper denuntiatio eſt de ſubſtantia, nec ſufficit ſola ſcientia. idem Bal.in l.nomē, num.2. C. quæ res pign.oblig.poſſ. probatur hæc forma in d.l.1. uerſ.itaque. C.de peric.& comm.rei uend.& in l.emptor,& in l.cum ſucceſſores.C.de euict.

Ter-

Tertiò limitatur ſm Alex. in l. non ſolum.
73 §.morte,nu.46.de oper.no.nunt.qñ † omni-
no res eſſet euicta etiam ſi facta fuiſſet denun
ciatio, ut ſi uenditori nulla competebat de-
fenſio.allegat Fulg.in l.ſi ideo,de euic.Cano.
in c.fin.de empt.& uend.idem Alex.conſi.67.
lib.3.Soz.Iun. conſ.120.num.11.& 12.lib.3.
Natta conſ.232.nu.5.& cõſ.462.nu.8. Capy.
deci.106.nu.4.Aufr.ib add.ad q.Tho.q.407.
limit.6.Rebuf.d.tit. de dilat.art.5.gloſ.unic.
nu.37.& tit.de liter.ciuil. art.un. gl.2.nu.38.
74 tom.1. dummodo † emptor ipſe probet iuſti
d tiam euincentis, d idq; iure ab eo rem euictã
fuiſſe,nullumq; ius habuiſſe uenditorem quo
poſſet rem illam defendere,Alex.conſ.63.col.
fin.& ibi Mod.Appoſt.lib.6.Claud.d.§.mor-
te,nu.101.& ibi Rub.nu.418. Alex.col.ul.Iaſ.
col.2.nu.14. in l.ſi domus.§.de euictione,de
leg.1.Fely.c.cum olim,num.11.& c.cum Ber-
toldus,nu.24.de re iud.Afflic.deciſ.49.conue
nitur &c.Corn.conſi.50.in fin.lib.2.Riminal.
conſi.205.nu.15.lib.2.Moder.in conſuet.Pa-
riſ.tit.1.§.44.col.pen. Rebuf.loco ſuprà cita
to,nu.45.Didac.d.lib.3.uar.reſol.c.17.illa.6.
ubi aſſerit hanc eſſe communem opinionem,
pro qua faciunt infraſcripta.

Primò probatur per doctr. Ang. in l.decẽ,
de uerb.obl.in fi.Quamuis non poſsit ꝯueni-
ri fideiuſſor,niſi excuſſo principali debitore,
auth.

authi.præſente.C.de fideiuſſ. Attamen ſi debi-
75 tor † non eſt ſoluendo non poteſt opponere exceptionem diſcuſsionis, quia ſua non intereſt, cum debitor non ſit ſoluendo. Sic in propoſito nihil refert uenditori non fuiſſe denuntiatum, ſi conſtat manifeſtè ſibi nullam defenſionem competere, quam deciſionem ſequitur, & comprobat ibi Alex.col.2.cir.fin.

Secundò facit glo.2.l.ſi cum quæſtio.C.de euict.ubi Bald.Ang. & Saly. in qua not. quòd
76 ubi eſt † notorium rem eſſe alienam, uenditor tenetur de euictione etiam non ſecuta ſententia iudicis.

Tertiò, quia quando ꝯſtat notoriè nullam defenſionem competere uenditori ceſſat rõ, propter quam debet fieri denuntiatio, uidelicet, ut non dicatur ꝙ emptor ſuccubuit, quia minus inſtructus cauſam defendit, ut per Barto.Ang. & Paul. de Caſt. in l.at qui natura.§. cum me abſente, de neg.geſt.

Quartò, inducit per Dec. conſ.74.col.4.in prin.uerſ.confirmatur &c.licet enim emptor qui ſuccubuit ꝑꝑ contumaciam non poſsit agere de euictione.l.ſi ideò, de euict. Tamen
77 ſi conſtaret ex † actis ſniam fuiſſe latam ex legitimis probationibus non impeditur contumax agere, ſecundum glo. uerb.abſens.l.2.C. de contr.iud.tute.& Bal.in l.2.col.4.C.quib. res iud.nõ noc.Fel.d.c.cum Bertoldus, nu.24.

Quin-

Quintò facit ſm Rip. in d. §. uoluntatem,
78 nu. 21. Nam omitti poteſt citatio † quando notoriè conſtat nullam defenſionem competere citando. l. 2. §. quod de frumentaria, ubi Bar. not. de adm. rer. ad ciui. pert. quem ſingularem dicit Rom. ſing. 228. Abb. c. cum olim, de re iud. & in c. ad noſtrum, de iureiu.

Vltimò facit tex. in l. ſi fundo. §. fi. de euic. ubi dr̃, ꝙ ille, qui non denuntiauit vr̃ perdidiſſe cauſam eo ꝙ erat male inſtructus. Ergo à contrario ſenſu ubi cauſam perdidiſſet non quia male inſtructus, ſed quia habuiſſet malam cauſam, uidetur ꝙ de euictione agi poſsit probando iuſtitiam euincentis.

79 Contrariam opinionem ꝙ imò † emptor qui non denuntiauit uenditori nullum ius defendendi habenti agere de euictione nõ poſſit, tenent gl. Bar. & Saly. in l. emptorẽ, in prin. de act. empt. Bart. d. §. cum me abſente. Aret. §. fi. inſt. de emp. & uen. Dec. d. conſ. 74. col. 4. ubi atteſtatur, ꝙ iſta uidetur communis opinio. idem fatetur Gratus conſ. 1. nu. 57. lib. 1. & dicit Rebuf. in d. tit. de dilat. art. 5. glo. uni. num. 37. ꝙ opinio d. gloſſ. ſeruaretur in practica, quum ſemper ferè denũtiare ſoleamus, ſaltem ad repetendum intereſſe, & expenſas ab eo, qui rem alienam uendidit. Pro qua Soz. in d. §. uoluntatem, adducit tria.

Primò, quia leges indiſtinctè loquuntur, & dicunt

dicunt emptorem, qui non denuntiauit agere non poſſe. l. emptor. c C. de euict. cum ſimil. Ergo generaliter ſunt intelligendæ. l. 1. §. & generaliter, de leg. præſt.

Hoc fundamentum fragile dicit Rip. in d. §. uoluntaté, quia ubi reperitur lex gñaliter loqués aliquo caſu reſtricta per legem etiam nos ratione ſubſiſtente poſſumus reſtringere, ut per glo. in l. de pretio, de publ. in rem act. Sed leges loquentes de denuntiatione repiuntur reſtrictæ in multis caſibus, & maximè qñ uenditor ſcienter uendidit rem alienam. l. ſeruus quem. §. ſi ſciens, de act. emp. ergo, &c.

Hęc ſolutio uera eſt in ſe, quæ ſic declaranda eſt ex intentione Nicol. Belloni in §. 1. inſt. quib. mo. re. contr. obl. ut procedat argumentum in oppoſitum, quoties lex ipſa debet di-

80 ſtingui per hominem, ſecus ſi lex † per legem, quia bene pôt, ut eſt in l. qñ, de cond. fur. quæ indiſtincte loquitur, quæ per aliam legem diſtinguitur, ut in l. falſus. §. ſed etſi is, de furt. Sic in propoſito d. l. emptor, debet diſtingui, & intelligi ſecundum d. §. ſi ſciens. quod ſic deducitur. regulariter agi non poteſt de euictione, niſi euicta res ſit per ſententiam. l. qui rem. C. de euict. & tamen in d. §. ſi ſciens, agi poteſt nulla ſecuta euictione, & conſequenter nulla præcedente denuntiatióne.

81 Secundò lex † præſumit pro ſententia iu-

dicis.l.Herennius.§.Caia,de euict.c.in præſentia, de prob. & tamen non obſtante hac præſumptione ſtatuit, ꝙ emptor,qui non denun-
c tiauit agere non poſsit.d.l. emptor. §.C.de euict. ergo datur intelligi, ꝙ lex non conſiderat iuſtitiam,uel iniuſtitiam cauſæ : aliàs ſtatuiſſet emptorem poſſe agere tanquam præſumatur iuſtè condemnatus.

Rip. in d.§. uoluntatem, reſpondet ꝙ non ſtringit dicta conſideratio, quoniam contra uenditorem non citatum; neque in iuribus ſuis auditum non præſumitur pro ſententia gloſſ.2.l.final. C. de legib. Abb.c. cum inter, num.9.de elect.

Dicendum eſt,ꝙ ſi emptor probaret etiam lite denuntiata nihilominus uenditorem ſuccubuiſſe,tunc præſumeretur pro ſententia iudicis Paul.de Caſt.d.§.cum me abſente,nu.5. l.atqui natura, de neg.geſt.

82 Tertiò mouetur,quia emptor † qui non denũtiauit præſumitur ſuccubuiſſe eius culpa, & tanquam malè inſtructus defenſauerit cauſam,& iſta eſt præſumptio iuris, & de iure,ſuper qua lex ſtatuit.d.l.emptor. C.de euict.Vñ non auditur uolens probare ꝯrium,gl.in c.is qui fidem,de ſponſ. Bart.& Doct.in auth.Sed iam neceſſe.C.de donat.an.nupt.& hac ratione utitur etiam Dec.in d.conſil.74.col.fin.

Rip.in loco præcitato credit talẽ præſumptio-

ptionem nõ eſſe iuris, & de iure. quia emptor uolens probare, ꝙ uenditor ſcienter uendidit rem alienam auditur contra præſumptionem huiuſmodi d.l.ſeruus. §.ſi ſciens, de act. empt. ergo non iuris, & de iure, ſecundum gl. in d.c.is qui fidem.

Hæc rñſio vr̃, ꝙ non concludat in propoſito, ſi rectè ponderetur diſtinctio Bar. in d.§.ſi ſciens, in 2.memb. ubi uult quòd de euictione agi non poſsit, niſi re euicta. l.euicta, in princ. de euictio. & cum d.l.emptor, tollat regreſſum contra uenditorem ſi non denuntiauit, colligitur quòd emptor fuit in culpa in non denuntiando, & conſequenter quòd cauſam amiſerit ſua culpa : & damnum, quod poſtea ſentit quoad ipſum emptorem damnum non reputatur, quia ita uoluit. l. damnum quod quis, de reg.iur.

83 Illius † tamen.l.emptor, præſumptio ſit iuris, & de iure ſubſiſto per doct. Pau. de Caſtro in d.§.cũ me abſente, nu.5. ubi determinat, ꝙ emptor poſsit docere nullũ ius competiiſſe uenditori in re euicta. & idem tenet Saly. in d.

84 l.ſi ideo, de euict. † Eſt enim præſumptio iuris, & de iure quando lex aliquid præſumit, & ſuper præſumpto diſponit. Si rectè expendat ꝯſtitutio. d.l.emptor, potius ibi diſponitur ſuper facto quàm ſup̱ præſumpto. Niſi fortè diceremus, ꝙ ibi ideo ita diſponitur, quia lex

præſumit culpam emptoris non denuntiantis propter quam ita diſponit,& ſic vř ꝙ ſit præſumptio iuris,& de iure. Vtcunque ſit demus ꝙ ita ſit,ex alio ſuſtinetur fallentia, quoniam
85 aduerſus † talem præſumptionem iuris,& de iure admittitur probatio per notorium rei, ita ſingulariter limitat illam regulam Felyn. in c.quanto,fall.5.de præſump.allegat Rom. conſ.350.col.6.uerſ.fallit ſecundò.& ſequitur Alciat.trac.de præſump. in 2.par. nu.16.uer. quartò limitatur.&c. Nam ſublatā qualibet probatione in ꝯrium nunquam cenſetur illa prohibita,quæ fit per euidentiam rei,Bald.in
86 l.ꝯ negantem,in fi. C.ad l.Aquil. Quod † dictum intellige duobus modis. primò,ut procedat ſi iſtud notorium allegaretur in actis, aliàs nihil iuuaret,Alex.l.un.nu.4.C.quæ deſ. aduo.facit.l. ſi adulterium. §. idem Pollioni, de adult. Secundò intellige ut procedat in notorio facti permanentis, ut ſenſit Roma.in d. conſi.350.& in propoſito noſtro ita intelligit Paul.de Caſtr.in d.§.cum me abſente,num.5.

Vltimò Rip.in d.§. uoluntatē, inducit pro opinione Soz.nouam rationem (ut ipſe appel
87 lat) Ceſſante † cauſa impulſiua, non ceſſat diſpoſitio.l.1.§.ſexum,de poſtu.Ratio aūt qua re requiratur denuntiatio eſt impulſiua, ut tollatī emptori occaſio colludendi cū actore allegat Alb.in d.§.cum me abſente,licet ergo

ceſſet

ceſſet iſta ratio quando notoriè conſtat uenditorem habere malam cauſam, non tamen ceſſat diſpoſitio,& iſtud eſt quod fortè uoluit dicere text.in l.ſi fundo.§.1.de euict. ibi, hoc ipſo uidetur dolo feciſſe,&c.

Si uerum eſſet, ꝙ cauſa denuntiationis eſſet impulſiua falſa eſſet doctr. Bal.in l.1.C.de peri.& com.rei uen.Dum ait,ꝙ pro forma requiritur ut denuntiatio fiat.Et ego nunquam legi,ꝙ forma, quæ dat eſſe rei non ſit de ſubſtantia actus, ſed potius ſit quid accidens & impulſiuum.

88 Hoc obiter admonere uolo, Cauſam † impulſiuam illam dici, quæ pp finem ultimum mouet agentem,cauſam dat actui,& ſine qua non fieret actus,& eſt illa,quæ præcurſionem quandam adhibet ad efficiendum. Cauſam uero finalem dici, quæ principal. in agẽdo actu ab agente conſideratur,quæ ipſum præcipuè mouet,& in quam ipſius mens dirigitur, Bar.l.ambitioſa,nu.19.de decret.ab ord.fac. Didac.lib.1.uar.reſol.c.20.num.2.

Ex quibus facile à quolibet colligi pōt ſi denuntiatio litis ſit cauſa impulſiua uel finalis.

89 Poſtremò Rip.† in ſępe citato §.uoluntatẽ, nititur utranque opinionem ſaluare fœdere diſtinctionis (inquit enim) Aut notoriè conſtabat tempore motæ litis, ꝙ nulla competebat uenditori defenſio,& tunc procedat limi

 tatio,

122 Etſi iudex † eccleſiaſticus inhiberet iudici ſeculari ſub pœna excommunicationis, ne in cã procederet, ſed clericum ad ſe remitteret, iudex ſecularis de huiuſmodi inhibitoriis cu rare non dēt, cum ab illo iuriſdictionem non habeat,ut per Bal.in l.1.C.quom.& qñ iudex. Alex.in appoſ.ad Bar.in l. iudicium ſoluitur, de iudic. Soz.d.conſ.91.in fin. & in conſil.99. col.fi.lib.3.Sequitur Cagn.in d.l.uenditor.Et adeo hoc uerum eſt, ꝙ etiam ſi clericus compareret ante litem conteſtatam,& peteret cau ſam remitti ad ſuum iudicē, ꝙ nihilominus, reijceretur per ſupradicta: quidquid in contrarium ſenſerint Aret. in d.rub.de except.lo co præcitato,& Dec.d.conſil.700. & hoc pro batur in generalitate dictę.l. uenditor, ut ibi animaduertit Cagnol.

123 Hoc tamen uerum eſt,ꝙ coram † iudice ſeculari non prohibetur clerico uti iure ſibi competenti, & beneficio, Anch.d.conſil.333. & Cor.d.conſi.79.col.fi.lib.4.Afflic.deciſ.15. Vtrum ſi auctor &c. ubi uult,quòd minor ueniens ad talem defenſionem poſt publicationem teſtium poſsit teſtes de nouo ex perſona

ſua

ſua inducere non obſtante publicatione teſtium; quia non debet ſibi denegari, quod de iure communi eidem competit, iuxta. l. minor 25. ann. omiſſam, de minor.

3. Q. Quid in Fiſco uenditore. An reuocet cau-
124 ſam † ad ſuum iudicem? Anch. in c. ea quæ, q. 17. de reg. iur. in 6. rn̄det ꝙ ſic. ad quod inducit text. in l. 3. cum glo. C. de iur. fiſc. lib. 10. (inquit enim) Fiſcus habet priuilegium ſui Iudicis; quia fiſcales cauſæ agitantur coram procuratore Cæſaris. l. ad fiſcum, C. ubi cauſ. fiſc. Modò ſi Fiſcus uendidit fundum cuidã priuato, à quo extraneus uult uendicare, & ſi ſcus eum defendere, coram procuratore Cæſaris agendum eſt, qui eſt iudex inter fiſcum, & priuatum, & ita uidetur ſentire gloſ. mag. ibi in uerſ. ſi autem contra emptorem. idem ſentit ibi Bart. in ſecunda lect. quem ſimpliciter ſequitur Pau. de Caſt. in d. l. uenditor, de iud. latè Capyc. deciſ. 197. in primo dub. Rebuff. tit. de dilat. art. 5. gl. un. nu. 9.

Cæterùm ꝯrium ſuaderi poteſt ex generalitate d. l. uenditor; ubi in priuilegiato decidit ꝙ non poteſt declinare forum iudicis emptoris. Verùm Fiſcus utitur hac prærogatiua, ut trahat cauſam ad ſuum iudicem uirtute priuilegij à iure ſibi ꝯceſsi, ſi perſona priuilegiata comprehendit in caſu. l. uenditor: ergo & ipſe fiſcus, & hoc ſentit Bal. in d. l. 3. col. 2. reprehen-

prehendens gl. Aret. in rub. inſt. de excep. nu. 17. nititur pluribus modis reſpondere ad illā l. 3. attamē ſecundum Ant. Burg. in d. c. fi. nu. 18. in uanum nititur. Soc. in d. ɔſ. 91. circa fin. duobus modis reſpōdet, ut apud eum uideri poteſt. Cagno. perſiſtit cum priore opinione, dicens illam eſſe communem in d. l. uenditor. quia Fiſcus hac prærogatiua ſuffultus eſt, ut cauſam eum tangentem ad iudicem ſuū trahat, tot. tit. C. ubi cauſ. fiſc. & l. 1. & 2. C. ſi aduerſ. fiſ. Ego ſequor opinionem Bal. in propoſito noſtro propter generalitatem d. l. uenditor, quæ loquitur in perſona priuilegiata; & fiſcus utit̄ iure priuati, niſi expreſsè in caſu illo reperiatur exemptus, glo. l. item ueniunt. §. in priuatorum, de pet. hære. facit. l. in fraudem. §. fin. de mil. teſta. cum not. per Dec. conſ. 5. &
125 quamuis † Io. de Plat. in d. l. 3. relatus à Sozy. in ɔſi. 46. lib. 4. in prin. dicat illam. l. ſingularem ad hoc propoſitum; licet inter priuatos priuilegiatus actor ſuperueniens ad defenſionē emptoris pro euictione rei uenditæ nō immutet forum rei, nec trahat actorem ad forum ipſius auctoris d. l. uenditor: tamē ſecus eſt in Fiſco, qui ſuperueniens ad defenſionem uenditoris trahit actorem ad ſuum iudicē, id eſt procuratorem Cæſaris, ut ibi eſt caſus not. Nihilominus ipſemet Soz. d. conſi. 91. eum reprehendit (inquiens) ꝙ in caſu illius. l. Fiſcus

ſcus erat obligatus agenti q̃ emptorem ſibi rē reſtituere, quod non ↄtingit in caſu noſtro: licet .n. uenditor teneatur de euictione emptori, non tñ tenetur ad aliquod euincenti, & ↄñr termini ſunt diuerſi, & ex ſeparatis non pōt illatio fieri. l. Papinianus exuli, de min. Corn. conſi. 79. in fin. lib. 4. Præterea ibi emptor con uenitur propter contractum Fiſci, quia emit minori pretio, nimirum ſi coram iudice Fiſci conuenitur: in caſu autem noſtro non ratione contractus, ſed ut poſſeſſor uidetur coram ſuo iudice cauſa uentilanda d. l. uenditor. & hanc tenet, & acriter defendit appellans illam non ſolum communem, ſed ueriorem Didac. pract. quæſt. cap. 8. num. 3. Emens à Fiſco tunc non patitur euictionem quando Fiſcus poſsidebat rem uenditam. Rimi̇naldus conſil. 103. num. 52. lib. 1.

4. Q. Scrib. inferũt ex præmiſsis ad not. qõnem.
126 Si ſtatutum †extaret, ꝙ cauſæ inter conſanguineos, & affines compromittantur; ſi accidit, ꝙ uenditor denuntiatus ab emptore ſit conſanguineus agentis: an poterit uigore p̃dicti ſtatuti petere compromiſſum uenditor? Bart. hanc q̃ diſputauit in ciuitate Piſana, & eſt ſecunda in ordine ſuarum q. ſecundũ quã conſuluit ibidem in contingentia facti, ut patet in conſi. 29. lib. 2. conſilium Piſanæ ciuitatis, & idem repetijt in d. l. uẽditor, & in l. procurator

curator ad exhibendum. §. 1. rem rat. habe. & ubique tenet, ꝙ poſsit. Mouetur, quia cum ille ueniat tanquam procurator in rem ſuam, & pro ſuo intereſſe poterit allegare beneficium ex perſona ſua. l. idemq;. §. generaliter, mand. & d. l. procurator ad exhibẽdum. §. 1. rem rat.
127 hab. & quia etiam per tale† compromiſſum nõ dicitur fieri mutatio, nec fori, nec iudicis, & ita poſt multa reſidet Aret. in rub. inſt. de except. nu. 16. atteſtans ſe bis pro iſta opinione iudicaſſe, idẽ tenet Paul. de Caſtr. l. 1. C. ubi in rem act. Ant. Burg. c. fi. nu. 21. de emp. & uend. ſubdens, ꝙ eſt benè not. Cagn. in d. l. uẽditor, nu. 21. atteſtatur hanc eſſe communem opin. quam etiam ſequitur Sozy. d. conſi. 91. nu. 12. lib. 3. Syluan. conſi. 49. nu. 70. cum ſeq. Iaſ. cõſil. 76. lib. 3. vbi plenè in terminis loquitur dicens hanc eſſe communem ſententiam. Bald. uerò in d. l. 1. C. vbi in rem act. hunc articulũ ſubtiliùs perpendens, & poſt eum ibidem Saly. tenent ꝯrium. Nam, ſi uenditor non poteſt transferre forum, ergo multo minus perimere, ſed ita eſt, ꝙ iſta exceptio eſt peremptoria fori: ergo non poterit opponi d. l. uenditor. Prętereà ille dicitur rectè defendere, qui facit id quod debet defenſor facere. l. hæc autem. §. rectè, quib. ex cauſ. in poſſ. eat. nec detrectat iudicium. l. ait prætor. §. 1. ex quib. cauſ. mai. Sed iſte detrectat iudicium petens compro-

miſſum. Vnde non uidetur ꝙ actor ex perſona ſua cogatur ad trãſigendum, quia per hoc detractaretur iudicium. Addit tres alias rõnes Saly. in d. l. j. quę ad eundem finẽ tendunt ut ſuperiores: & cum facilè uideri poſsint eas omitto Bal. ſequitur Io. de Arn. licet eum non alleget ſing. 70. & cũ eo ſimpiciter trãſit Pau. de Caſt. conſi. 178. viſo puncto, in fin. lib. 2.

Verũ his, & alijs ſubtilitatibus reiectis non eſt recedendum in practica ab opinione Bar. quam tutatur Aret. in d. rub. de excep. & obiectis Bal. ſatis argutè reſpondet. Tu uerò dicas
128 ꝙ compromiſſum † non perimit, nec detrectat iudicium illud petens, ſed ſolum ſuſpendit clem. quamdiu, de appell. Quod ſuadetur ex alio, quia compromiſſo expirato, uel expedito partes ad eundem iudicem redire poſſunt, Bar. in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum, nu. 21. pro ſoc. l. 2. C. ubi & apud quem. c. expoſita, de arb. Abb. ibi, & in c. quintauallis, nu. 39. de iureiu. Soz. conſ. 18. nu. 31. lib. 1. Mar. Blan. de compro. q. 10. nu. 13. Alex. conſi. 131. lib. 2. nu. 1. ubi Mod. appoſt. aſſerit hanc opinionẽ in praxi receptam eſſe Fed. de Sen. conſil. 285. Phil. Franc. in rub. de appell. lib. 6. Petr. Ferra. in ſua prac. tit. de form. lib. quo agitur ad pę. compro. uerſic. nec reductio. &c. nu. 5. Lanfr. tract. de arbit. par. ult. q. 19.

5. Q. Si in terminis. l. uenditor, res euinceretur,

iudex

129 iudex † coram quo uenditor defendit cām, an poterit cognoſcere inter emptorem,& uēditorē in cauſa euictionis circa intereſſe, uel pœnam dupli? Dicendum eſt, ꝙ ſic, quia hoc uenit in ꝯſequentiam primæ litis, arg. tex. no. in l. cum uendente. C. ubi cau. fiſc. ubi Paul. de Caſtr. allegat tex. ad propoſitum materiæ noſtræ in l. minor 25. ann. de euict. Et ibi not. infert. Si iudex maleficiorum accuſatum, uel inquiſitum coegit ad dandum fideiuſſorem de pęna pecuniaria ſoluenda, & facta condemnatione cōpellit fideiuſſorem ad ſoluendā pęnam, poterit fideiuſſor implorare officium iudicis, ut eodem mō compellat accuſatum ad ſibi reſtituendum quod ſoluit, licet maleficiorum iudex nō habeat ſe de cauſa ciuili impedire, ut l. ſolemus. §. latrunculator, de iudi. Et hoc illa ratione inductum eſt, quia illa cā deſcendit a criminali, & idem iudiciū eſt de dependētib. l. ſi quis ex argentarijs. §. rōnem, de eden. Hoc idē probat Rebuff. tit. de dilat. art. 5 gl. vn. nu. 5. quia cū de hac cā inſtructus ſit, facilius de ea iudicabit, c. 1. de cauſ. poſſ. & propr. quippe de qua re cognouit iudex de ea pronuntiare tenet. l. de qua re. de iud. & ne cāę ꝯtinentia diuidat. l. nulli. C. de iud. quā ſnīam intelligit uerā eſſe ut primus iudex, qui de re cognouit poſsit de pręmiſsis cognoſcere, ſi partes non reclament: alioquin non, qđ eſt

nor.idem in ſimili ſenſit Soz. in conſi.124.nu.
4.lib.2.qui allegat Aret.in cõſi.83. Aduerte ad
unum quod uenditor non poſſet allegare quod em-
ptorem ſe non fuiſſe dñum illius rei uendi-
tæ, Alex.in add.ad Bar. in l.commodare, com
mod.Bar.& Bal.poſt gl.in l.cum res, de prob.
Principale dictum nor.limitat Cagnol.in d.l.
130 uenditor, ut non procedat † in clerico uen-
ditore, quia tunc non haberetur ratio dictæ
ſequelæ, ſeu talis conſequentiæ, allegat Ang.
in l.qui abſente, de procu. ratione enim dictæ
conſequentiæ erubeſcit lex inter uenditorem
clericum, & emptorem eum iudicem facere,
quem clericus uolens non poſſet eligere, cap.
ſi diligenti, de for.compet.quæ ratio ceſſat in
eo, qui poſſet renunciare fori declinatoriæ, ut
in caſu ſupra relato, cuius auctor fuit Pau.de
Caſt.in d.l.1.C.ubi in rem act.

6.q. Quamuis uenditor denunciatus non poſ-
ſit declinare forum emptoris ex perſona pro-
pria, ut dictum eſt, & tenet Natta conſi.99.in
fin. aſſerens hanc eſſe communem Doct.opi-
nionem: dubitatur an ex perſona emptoris
poterit cui talis exceptio competit?

Reſpondet Paul.de Caſt.in d.l.uenditor, quod
131 † ex perſona emptoris principaliter conuen
ti bene poſſet declinatoriam opponere pro
ſuo intereſſe etiam poſt lapſum termini præfi
xum ipſi principali, ſi poſtea cõpareret, alle-
gat

gat Inn.in c.capitulum ſanctę crucis,in gl.in cip.dices nõne &c. de reſcri. Quod dictũ pro ſingulari not.Rom. ſing.624.lex uẽditor.&c. ubi aſſerit ſin illud dictum alias iudicaſſe, Bart.l.idemq;.§. generaliter, mand. Alciatus conſi.216.in fin.quamuis &c. cui ſe ſubſcribit Cagnol.in d.l.uenditor,nu.9. Subdens quòd habet æquitatem, ne emptoris negligentia,& malitia noceat uenditori.
7.Q. Nunquid fideiuſſor ex perſona principalis obligati poterit declinare forũ? (quod eſt
132 dicere, An exceptio † competens principali proſit fideiuſſori) Bal.in rub.C.de priui.dot. in fin.quæſtionem format in fideiuſſore clerici,& inquit ex intentione Spec. in tit.de compe.iud.adit.§.regulariter,uerſ.Sed pone clericus.&c.quòd non poteſt;quia illud eſt priuilegiũ perſonale,quod ad eius fideiuſſorem non tranſit.l.ſi reus,iudi.ſol l.ſed ſi reſtituatur,in princ.de iud.& ita ſe conſuluiſſe aſſerit Rom. ſing.627.Nunquid fideiuſſor. quem refert,& ſequitur Afflict.deciſ.205.penes.&c. Marſ.rub. de fideiuſ.q.42.l.uerum,in prin.pro Soc.l.etſi fideiuſſor,de re iud.Quamuis regulariter § .l. omnes exceptiones,de except. Alex.conſ.66. col.3.lib.4.Dec.conſi.25.col.fi. Neuiz.qui alios allegat,conſi.51.nu.27.
8.Q. Si uenditor moriatr ante denuntiationem plurib. relictis hæredibus, an oẽs in ſolidũ

denuntiandũ eſt? Illud certum eſt, ꝙ ſi plures ſunt domini, omnibus nuntiandum eſt: idem
133 † in pluribus hæredibus. l. in executione. §. inſolidum, de uerb. obl. l. cum ſucceſſor. C. de euic. qm̃ euictionis indiuiſa natura eſt. l. cum ex cauſa, de uerb. obl. & ſecuta denuntiatione omnium ſi unus ſolum ſuſtineat iudicium, & uincat, omnibus uincit, ſi uincitur contra abſentes quaſi defenſos pro euictione aget, egregius tex. in l. ſi rem, la ſeconda §. j. de euic. Rebuf. tit. de dilat. art. 5. gl. uni. num. 25. cum ſeq. Rimin. ɔſ. 380. nu. 1. lib. 2. Et hoc ideo eſt, quia quodammodo totam ſuam cauſam defendere dẽt, cui inſolidum defendendi neceſſitas eſt, nec audiretũ ſi pro parte defendere paratus ſit. l. ſi cum uno, ſi ex nox. cau. aga. & ita pertranſeunt Aret. §. actionum. nu. 18. uer. & prędicta, & c. inſt. de act. Ant. Burg. in c. fi. col. 11. in fin. de emp. & uend. Ang. d. §. inſolidum, & in d. l. cum ex cauſa, dicit iſtud ideo contin
134 gere, quia jus † defenſionis f indiuiduũ eſt. Verum Rip. in l. 4. §. Cato, nu. 77. de uerb. ob. aſſerit, ꝙ obligatio defendendi eſt diuidua. ad quod probandum ponderat in d. l. cum ex cã, ꝙ omnes hæredes ſunt denuntiandi & c.
135 dictio enim omnes † eſt collectiua. Bart. in l. hoc articulo, de hæred. inſti. ergo obligatio defendendi eſt diuidua, alioquin à quolibet poſſet integra pęna peti. l. 2. §. ex his, de uerb. ob. eſt

ob. eſt tamen uerum, ꝙ in dictis iuribus defen
136 ſio † eſt indiuidua ſolutione, ne ſequatur in
conueniens, ut fiat ſolutio in diuerſis rebus,
& ita procedat dictũ Ang. Et ex his vr, ꝙ em-
ptoris ꝯditio ſm Pau. de Caſt. in d. l. cũ ex cã,
morte uenditoris fiat deterior: quia ubi illo
uiuente non habebat denũtiari niſi uni, nũc
pluribus denunciari dēt; quia oẽs ptendunt
intereſſe, uerum emptor non dēt de hoc ꝯque
ri, quia euenire poſſe proſpicere debuit. l. ſi
quis domum. §. idem querit, loc. Eſt bene ue-
rum, ne incommodo afficiatur actor, illo re-
quirente neceſſe habebunt illi hæredes unum
procuratorem conſtituere, ut omnes defen-
137 dat. l. ita tũ. §. ſi tamẽ plures, iud. ſol. & † hoc
intellige qñ lis iam inchoata erat cum uendi
tore defuncto. alioquin ſi cum ipſis hæredib.
tunc unius litis plurium perſonarum plures
dari procuratores non eſt prohibitũ. l. ſi quis
cum procuratorio. §. unius, de procu. Quid ſi
hæreditas iacet quomodo erit conſultum em
ptori? Paul. de Caſt. conſil. 240. dub. 2. lib. 1.
effectus &c. dicit, ꝙ erit denuntiandum hære-
ditati iacenti quantum ad conſeruandum ſi-
bi regreſſum de euictione, ſaltem quoad pre-
tium: nec tenebitur facere ſibi dare curatorẽ
reprehendit à Mod. in tract. de uſur. q. 40. nu.
309. inducit in argu. text. in l. ſi dictum. §. fin.
de euict. & tunc ſatisfactum erit ſi fiat ad do-
 mum

mum uenditoris mortui. Si uerò emptor deceſſerit pluribus hęredibus relictis, unuſquiſque ob euictionem ſuæ partis pro portione ſua habebit actionem. l. 4. §. fi. de uerb. ob.

9. Q. Cùm adeò neceſſaria ſit denunciatio ut uenditori fiat.

Quæritur an ſufficiat fieri fideiuſſori? Re-
138 ſpondetur q non. † l. auctore. C. de euict. Reb. uf. tit. de dilat. art. 5. gloſſ. un. nu. 18. facta tñ uenditori cenſetur facta, & fideiuſſori, quia ſicut mora rei fideiuſſori quoque nocet. l. mora, de uerb. obli. ita facta interpellatio uenditori, & ipſum fideiuſſorem cenſetur interpellare. Dec. conſi. 74. col. 4. d. l. ex perſona, de fideiuſ. l. exceptiones. §. rei autem, de except. & propterea dicit Bald. in d. l. auctore. q ſufficit cauſam agitari cum eo, quem negotium tangit principaliter, nec eſt neceſſe, q illi, qui læduntur per quandam ꝯſequentiam moneantur. Poſt tñ ipſe fideiuſſor inuito actore ſuſcipere in ſe defenſionem tanquam procurator in rem ſuam, & pro ſuo intereſſe Paul. de Caſt. ꝯſil. 10. dub. 6. præmitto &c. lib. 1. allegat text. in l. ſed ſi lege. §. item ſi res diſtraxit, uer. quid tamen, de peti. hære. cum declaratione Barr. poſt Dyn. in l. nouationem, nu. 5. cum ſeq. de ſolutio. alioquin ſi non haberet intereſſe non poſſet Fulg. conſil. 185. Idem concludendum
139 eſt, q fieri debet † auctori non procurato-

ri.l.item ueniunt. §.petitam,de pet.hęr.et ſi
eſſet procurator generalis, quod eſt uerum ſi
auctor eſſet præſens, alioquin ꝙ glo.in l.ſi di-
ctam.§.ſi præſente,uerb.procuratori,de euic.
gl.in c.ſi.de emp.& uen.l.j.§.mulieri,de uent.
inſp.Reboſ.ubi ſuprà num.31. Not.tamen ꝙ
140 † habens mandatum ad uendendum poteſt
præſtare fideiuſſorē de euictione, licet in man
dato nihil ꝑtineatur Fabia.de Monte trac.de
emp.& uend.q.3.princ.nu.33. quia in genera
li mandato tacitè ueniunt, quæ ſunt de natu-
ra actus,l.non dubitatur.C.de euict.& tunc
an teneatur ipſe procurator, uel dñs in caſu
euictionis, tu ſequere diſtinctionem Bar.in l.
ſi procurator,in princ.de iu.fiſ. Similiter not.
g ꝙ procurator † quando denuntiat litē uen-
141 ditori debet docere de mandato Barto.in l.
qui abſentem,nu.3.de procu.per l.ſi quis inſi
ciatus,depo.& ꝙ procurator ſic uendens non
poteſt ipſe euincere, quia obſtat ſibi exceptio
l.ſeruum, & ibi Bar. mand.
10.Q. Si hæc denuntiatio facienda eſt pupillo, ſi
142 tutor non appareat, an ſufficiat † ut ipſi pu
pillo fiat? Concludendum uř ꝙ ſic? probat
h hoc text.in l.ſi dictum.§.ſi,[h] de euict.& ratio
eſt, ut ibi per Bal. quia fit cauſa damni euitan
di,& non lucri captandi, & non requiritur ꝙ
perſona cui denūtiatur ſit legitima. l.minor.
§.denuntiare, de euictio. Nam iſta fit ad ius

pro-

proteſtantis conſeruandum Pau.de Caſt.con ſil.240.dub.2.lib.1.effectus &c. & ideo ſuffi- cit, ſi taliter eſt facta qualiter fieri poteſt. l.ſi ideo.§.præſenti, de euict. & ita pertranſeunt Aret.in d.§.actionum, nu.18. uerſ. ſin autem pupillus,inſt.de act. Ant.Burg.d.c.ſi,col.2.in princ.de emp.& uen.Soc.Iun.conſil.46.nu.5. 1
lib.1.Aret.conſil.26.num.1.& ratio etiam eſt, quia ipſo pupillo nihil faciente omnino tene tur gloſſ.in l.cum filius.§.in hac,gl.ſtetiſſe,in fin.de uerb.ob.Bal.in l.libera,nu.9. C.de ſen- ten.& interlo.omn.iud.Et aduerte,ꝙ ſpeciale eſt in hac denuntiatione, quam facit emptor de lite mota, ꝙ poſsit fieri ſine tutoris aucto- ritate,oſtendit litera illius tex. in d.§.fi.ibi be nignius receptum eſt &c. quaſi ſentiat ſecus eſſe ſm iuris rigorem, & fuit hæc ponderatio Saly.in l.mora,de uſur. Natta conſ.513.nu.9. Regulariter.n.5.l.ſed ſi ex ſtipulatu,de uerb. ob.glo.in d.l.mora,in princ. in uerb.difficile, & in d.l.ſi dictum.§.fin.de euic. ubi Bald.not. ꝙ denuntiatio conſtituit pupillum in mora in his, quæ ſolus gerere poteſt ſine tutore nō in alijs,Saly.in d.l.mora, col.2.uerſ.iuxta hoc quæro, ubi uult pupillum ex denuntiatione in mora non conſtitui. Rub.tamē in d.§.mor te. nu.429. audacter arguit contra,ubi latiùs declarat, ad quem te remitto. Tu tñ non re- cedas à ſupradictis: ad quorum cōprobatio-
nem

nem uide latius per Salyc.in l. mora. num.4. de uſur.

11.Q. Quid agendum erit quando res uendita
143 tranſit per plures manus?†Aret.in d.§.actio num,nu.18.unum in practica not.eſſe dicit,& fuit originale Bald.in l.cum ſucceſſores.C.de euict. ꝙ ſi res uendita tranſit per plures manus ex uenditione, & ultimo emptori, & poſſeſſori mouetur qō,iuxta.l.1.cum materia.C. ubi in rem act.ad hoc ut primus uenditor teneatur de euictione, non tm̃ ultimus emptor tenetur denũtiare ſuo auctori immediato,ſed opus eſt ut eius auctor ſuo auctori denuntiet in infinitum,quouſq; ad primum uẽditorem deueniatur: aliàs autem ille uenditor,cui nõ eſſet denuntiatũ, non teneretur,licet alijs fuẽ rit denunciatũ:ut eſt gl. ſing.in l.ſi pro re pupilli,in §.1.uerb.agere,de euic.& illam ſimpliciter refert,& ſequitur Ant.Bur. in d.c. fi.col. 2.de emp.& uend. Reſtringitur tamen hoc dictum ut non procedat ſi in inſtrumento uenditionis fuerint ceſſæ oẽs actiones competentes,& competituræ uẽditori occaſione ipſius rei,& ipſum emptorem fecerit procuratorem in rẽ ſuam,iuxta text. in l.ſi res quam à Titio, de euict. ut ibi animaduertunt Bart. & Bald. quo caſu non erit neceſſe,ꝙ ille qui emit à me denuntiet mihi, & ego auctori meo, ſed ipſe potuit directò auctori meo denuntiare d. l. ſi.

res,

res,& ita tenet Bart.in d.l.ſi pro re.§.1.& in l. Iulianus.§.fin.de uerbo.ob.quem ibi ſequun tur Paul.Alexand.& Iaſ.& Alexan.conſil.67. lib.2.Capyc.deciſ.197.nu.9. Dec. conſil.74. col.2.in fine.

12.Q. An in denuntiando tempus ſit ſeruandũ? Et Pomponius Iuriſc. rñdet, ꝙ quolibet tpe uenditori denuntiari poteſt,ut de ea re agenda adſit, quia non præfinitur certum tempus in ea denuntiatione, dum tamen ne prope ip ſam ſententiam fiat, & ſic legitimo,& ꝯgruo

144 tempore facienda. † l.ſi rem,la prima.§.fin. de euict.Aret.conſi.26.nu.6.quo quidem tem pore adhuc uenditor poſsit litem ſuſcipere, & rem ipſam defendere,Aufr. in add.ad q.Tholoſ.q.407. circa fin. & intelligitur congruum tempus dummodo ius auctoris deterius factum non ſit ſecundum gl. ibi, quod contingit ſi fiat ante litem conteſtatam ſm Henric. poſt Spec.in d.c.ſi.col.3.de empt. & uend.aut non nimis poſt,id eſt,ſecundum Did. d.lib.3. var.reſol.c.17.illat.8. ante publicationem teſtium prioris inſtantiæ. Vnde,ſi erit in cauſa concluſum fieri non poterit ſecundum glo.fi. d.§.fin.Corſett. uerb. denuntiatio.&c.paria enim ſunt ſententiam eſſe latam, & in cauſa concluſum ſecundum Bar.in l.ſi mater. §.eandem,de except.rei iudic. Abb.in c.paſtoralis, de excep.Iaſ.in l.error,nu.11. C.de iur.& fac.

i_no.

igno. & ſentit Bar. in l. qui cōcubinam. §. ſi hæres, de le. 3. & in l. aut qui aliter, in prin. quod ui aut clam, Ant. Burg. in d. c. fi. col. 1. Cagno. d. l. uenditor, nu. 4. de iud. Bal. in l. libera, nu. 11. C. de ſent. & interloc. om. iud. Vnde Igne. in l. propter ueneni. §. fi. nu. 18. ad Syll. credit ueriorem eſſe opinionem, & tutiorē, ꝙ iſthæc denuntiatio fiat ante concluſionem in cauſa. Poterit nihilominus fieri hæc denuntiatio in cauſa appellationis, Rebuff. tit. de reſcrip. art. 3. gl. 4. nu. 3. tom. 2. dummodo ius uenditoris ſit ſaluum, & omnia eius iura ſint integra, ut quia teſtes habet, & nihil deperit, ita tenet gl. fin. in d. §. fin. in fi. & adducit tex. in l. mancipiorum, de opt. leg. & cum ea pertranſit Rebuf. tit. de dilat. ar. 5. gl. un. nu. 29. Addit Ign. ubi ſuprà, ꝙ hoc apud iuris utriuſque interpretes magis receptum eſt in forenſi examine, ſequitur Didacus in loco iam citato, qui allegat Ioan. And. Hoſt. Ant. & Imol. col. 2. in d. c. fin. & propterea poteſt uenditor quandocunq; iudicium in ſe ſuſcipere litis motę contra emptorem, Ant. de Butr. conſi. 44.

145 Aduertendum † tamen eſt, ꝙ per hanc denuntiationem non eximitur emptor à proſecutione, & defenſione litis, nec ab appellando, intellige ſecūdum diſtinctionem gl. d. §. Caia, uerb. præſcriptione. ꝙ ſi habet bonam cauſam tenetur appellare, & proſequi: ſecus ſi

malam

malam,uel dubiam,& illam ſequitur Bart.ibi Bal.& Ang.Bald.in l.propter ueneni.§.fin.ad Syl.Saly.in l.ſi procuratorem.§.ſi ignorantes, mãd. Aret.§.actionum,col.12.uerſ.quęro an emptor.&c.inſt.de ac. & ſequit Alex.in l.inuitus.C.de procu.Bal.& Ang.in l.emptor.C.de euic.ubi generaliter dicunt,ꝙ emptor uictus non tenetur appellare, quia præſumitur pro ſententia. Natta conſi.208.Franc.Mar.deciſ. 587.Dec.conſ.74.nu.3. ꝙ ſi aliter egerit non poterit agere de euictione contra uenditorē; quia mora emptoris cum quo formatũ erat iudicium,magis præponderat, Rimi.ꝯſi.205. nu.5.li.2.& cum nullus rem defenderit, & ſit euicta emptori, magis imputandum eſt ut de euictione agere nequeat, Bal.in l.1.num.7.C. de peric.& com.rei uend.Pract.Papienſ.in forma libell.in cauſa uenditionis, in uerb. promittens,nu.8. Bart.in l.ſi procuratorem.§.ſi ignorantes,in prin.mand.Dec.conſ.74.nu.3. Cagno.in d.l.uenditor,nu.5.de iud.Aret.d.§. actionum,nu.20.de act.Corn.conſi.425.lib.j. col.2.ꝯſ.169.nu.5.lib.2. Idem ſi expreſsè renunciaret appellationi interpoſitæ,uel priori inſtantiæ, quia tunc ēt uenditor eſſet liberatus de euictione, Ruy.conſ.84.lib.5.Et aduerte, ꝙ ſi emptor cauſam defenderit, & contra eum lata fuerit ſententia, quãuis elapſum fuerit tempus decēdij ad appellandũ,nihilominus

nus poterit uenditor appellare pro ſuo intereſſe, quia illi non currit tempus niſi à die ſcientię, Pau. de Caſt. in l. ab executore §. alio. C. de appell. quod latè & elegāter diſcutit Iō. Cephal. conſ. 106. lib. 1. & conſi. 279. lib. 2. intellige ſano modo dummodo ipſi emptori ꝑmiſſum fuiſſe appellare Didac. prat. quæſt. c. 15. nu. 4. quam ſentētiam reſtringe. Primo niſi uenditor fuiſſet præſens tempore latę ſetētiæ. Secūdò niſi emptor denuntiaſſet uēditori ſententiā, ut appellare poſſet, ut eſt caſus in d. §. Caia. & in d. §. ſi ignorantes, & ibi Saly. in glo. fin. in l. emptor, & ibi Bal. & Ang. C. de euict. Natta conſ. 208.

13. Q. Si emptor ipſe cauſam defendit (ut quia uenditor ipſe denuntiatus noluit litem in ſe ſuſcipere) ad quæ contra uenditorem regreſ-
146 ſum habet? Dicendū eſt quòd † emptor nō tantum regreſſum habet de euictione, ſed recuperat omnes ſumptus in lite factos, etiā ſi emptor obtineat in cauſa: & ſic iniuſtè fuerit ſibi motalis l. uenditores, cū ibi not. ꝑ Scrib. de uerb. obli. Bar. in l. qui abſentem, de procur. Corn. conſi. 255. lib. 3. Bend. Capra conſi. 90. dub. 3. Franc. Marc. deciſ. 584. Abb. in d. c. fin. in ſi. de emp. & uend. Saly. l. ſi ſtatur. C. de euict. Eſt bene uerum quòd Notarij hodie ut tollatur omne dubiū circa litis expēſas inſerunt in inſtrumēto, quòd lite mota promit-

tit defendere uenditor,& litem in ſe ſuſcipere omnibus ſuis ſumptibus,& expēſis,quā clauſulā extraxerunt ex d.l. uēditores. Addendo & ſi ipſe emptor cauſam defenderet ſe agnitu rum omnes ſumptus in lite mota factos. &c. propter quod omnes expenſas recuperat,etiā ſi illi lis iniuſtè mota fuerit,& ab aduerſario non recuperauerit. Et ratio eſt ſm Alexānd. in d.l.uenditores, quia uenditor tenet̃ defendere emptorem in iudicio euictionis l.ſi plus §.mota , de euict. & ſic tenet̃ ad factum,ergo illud factū explicare debet ſua impenſa l. ſuo uictu,de oper. libert.& per conſequens ſi non facit tenetur ad intereſſe l.ſtipulationes.uerſ. Celſus,de uer.obl.in quo intereſſe ſunt dictæ expenſæ,tenet Bal. in l.qui abſentē,de procu. Natta conſ. 232. Intelligendū tamen hoc eſt ſi res euincitur ex defectu iuris uenditoris.ſecus tamen eſt ſi euicto cauſaretur ex natura iudicij intentati,ueluti eſt finium regundorū l.ſi fines C.de euict.ad cuius l.intellectū uide Ryminal.conſ.92.nu.22.lib.1.quia tūc nulla euictio cauſatur.

14.Q. Ad quos ſumptus teneatur uenditor du-
147 bitari † poteſt.Paul.de Ca.in d.l. uēditores dicit quòd tenetur ad expenſas tātum,quę fierent in exhibēdo teſtes,& in recolligendo inſtrumēta,& ſic ad expenſas neceſſarias ad inſtructionem cauſæ,ut ſic emptor poſsit ſe de fendere

ſendere l.ſi parentes,& l.empti, ibi,cauſam inſtruunt.&c.C.de euict.Addit Alex. ibidem ꝙ hoc uideẽ probari expreſsius in l.1.C. de peric.& com.rei uend.Vbi uẽditor non tenetur de euictione, ſi emptor fuit cõtumax in lite, etiam ſi uẽditori denuntiaſſet quòd defenderet eum,quod ſi non denuntiaſſet non teneretur uenditor,etiam dato quòd cõtumax emptor nõ fuiſſet, ut l.emptor C. de euict.Sed ſi uerum eſſet, ꝙ teneret ad totalem defenſionem, nõ poſſet uenditor ſe excuſare quando non defendit denuntiatus, & ideo teneretur etiam ſi emptor fuiſſet cõtumax in lite,quod eſt contra d.l.1.& ſic infert ibi Alex. quòd ad expẽſas quæ fierent in ſcripturis exceptionũ non tenereẽ uẽditor, nec ad expẽſas gabellæ, quæ ex forma ſtatuti pro lite ſoluerentur.

Hoc dictum Paul.de Caſt.& Alex. mihi uidetur durum,imò cõtrariũ uerius uidetur ꝙ
148 uẽditor † teneatur ad omnes expenſas litis neceſſarias ſecũdum Inno.in c.finem litibus de dol.& contum.& expenſæ neceſſariæ dicũtur omnes illæ, ſine quibus lis agitari nón poteſt,ueluti ſunt expenſę,inſtrumentorũ,teſtiũ c.ſtatutũ §.pro ferẽdo,de reſcrip.in 6.ſalariũ Aduocatorum.l.Sancimus.C.de iud.procuratorum,& Notariorũ l.ſalarium,mãd.uiatica iudicum l.eum quem temere, de iud. circa q̃ uide latius Rebuf.in tit. de expenſ.art.5.glo.

un.nu.16.cum ſeq.in cõment.ad conſtit.Regias Lanfr.in c. quoniam contra, in uer.expenſæ de probat.

149.Q. Quid ſi emptor † fuit in culpa non petendo aduerſarium in expenſis comdemnari; an illas hoc non obſtante recuperabit à uẽditore? Scrib.in d.l.uẽditores,dicũt, quòd ſi emptor fuiſſet in culpa non petendo aduerſarium condemnari in expenſis(quo caſu ſi nõ petatur non poteſt iudex ex officio ſuo ꝯdemnare,ut per Bar.& alios in l.4.§.condemnatũ de dam.inf.) tũc illas nõ poterit recuperare à uẽditore,ꝑ tex.ſing.in l.idẽq;.§.1.de act. em. ubi ſi emptor expenſas ædificiorũ quas fecit in re empta potuit cõſequi ab aduerſario opponendo exceptionem,& non oppoſuit,uẽditor nõ tenetur,idem not.in glo.fin.l.ſi cõtrouerſia.C.de euict. facit tex.in l. ſumptus, de rei uend.Aduerte tñ ꝙ tex.in d.l.idemque §.1.non loquĩ de expenſis iudicij,ſed de factis in re:ut ibi in ſuis interpret.ponderat Bolog. quo cauſu cum diuerſa ſit ratio,non vr̃ tanquam ex ſeparatis argui poſſe ad caſum q.noſtrę l.Papinianus exuli,de Minor. Sed dicendum eſt,ꝙ quamuis ſit differentia in qualitate expenſarum,tñ quia culpa notatur in emptore,quia non petijt aduerſarium comdẽnari in expenſis,quæ culpa etiam conſideratĩ in ędificante in d.l.idque,arguẽdo à ſimilitudine

ne rationis argumentum concludēs uidetur l.à Titio,de uer.obl.
16.q. An ultra duplum [i] emptor à uenditore
150 aliud cōſeq. poſsit?Sapiēter Caſsius iuriſc.
i reſpondit in l. emptorē §.2. de act. empt.ꝙ ille qui ex duplæ ſtipulatione litis æſtimatio nem conſecutus eſt, aliarum rerum noīe de quibus in uēditionibus caueri ſolet nihil cō ſequi poteſt,etiā ſi in inſtrumento per Nota rios dictum fuerit,quòd uēditor promiſit du plum,expēſas,& omnes alias brigas, ita dicit Ang.in l.qui abſentem,de procur.Cum Alex. & Iaſ.in d.l.uenditores. Intelligendum eſt n. omne ꝙ promiſit uenditor promiſiſſe ſecundū naturam cōtractus l.Si ſtipulatus,de uſur. Dicit tñ Iaſ.ibidem quòd cum Bal.dixerit in rub. C.de contrah. emp.q.9. nullum uerbum in inſtrumento poſitum otioſum eſſe debere, ſed aliquid operari; hinc dicendum uidetur, quòd ſi in inſtrō ultra ſtipulationem duplæ promiſerit uenditor etiam expenſas, quòd ēt illas emptor conſequi debeat. Miror de huiuſ modi Iaſ.inductione argumentatiua, quæ eſt ꝯ expreſſam diſpoſitionē d.§.Casſius, ubi aſſeueranter dr,ꝙ ſi emptor ex duplę ſtipulatio ne litis æſtimationem conſecutus eſt, aliud ꝯſequi non debet quāuis de alijs in inſtrō caueri ſoleat.Eſt igitur in propoſito ſolū attendēdū,ut emptor habeat litis æſtimationē, &

ſic prudēter Alexan.ſubticuit ea de quibus à Iaſ.temerè reprehēditur. Comprobatur hoc quoniā expreſſè Iuſtinianus ſanxit in uēditio
151 nibus,& emptionibus id quod intereſt † excedere non debere dupli quantitatē l.1.C.de ſent.quę ꝓ eo quod int.ubi Deci not.4.dicit hoc ideo conſtitutū eſſe,quia cum pœnę quæ imponuntur pro delictis taxatæ ſint à iure ut habetur in §.omnes,inſt.de act. etiam ꝯgruū fuit taxare quantitatem intereſſe,ne proceda tur in infinitum. Subdens quòd ideo taxata fuit quātitas in duplo, quia nō erat ueriſimi le quòd in maiore quantitate promiſſor uoluiſſet ſe obligare, ut colligitur in l. Titius §. fin.de act.emp.

17.Q. Si in inſtrumento fuit ſimpliciter pro-
152 miſſum reſtituere ſumptus litis,an ſi † lis ſolū mota ſit ſuper poſſeſsione rei poſsit agi de euictione? Bar.in l.3.in prin.per illum tex.de act.empt. dixit quòd ſi fundus euincitur iure poſſeſsionis(quod contigere poteſt ſi agatur hypothecaria,uel Saluiano interdicto, ꝑ quę remedia ſolū nuda poſſeſsio auocatur l. ſi cū uēditor,in prin.de euic.) nō ꝑt agi de euictione, ſed actione ex empto quaſi re nō tradita. Quo caſu ſequi uidetur quòd cū nō cōpetat actio de euictione,quòd nec ad ſumptus litis tenetur uenditor; cum illo caſu non fuerint promiſſę,ſed tātum cum euincitur fundus iu

re dominij, Soci.conſ.199.dub.2.li.2. ubi pulchrè diſcutit. Ceph.conſi. 18.nu.5.li.2.& propterea inſtruit emptorē Bart. ut in inſtrumēto adijciātur iſta uerba, quòd promittitur duplum nomine euictionis, ſiue euincatur iure poſſeſsionis, ſiue iure proprietatis, & Bart. ſequitur Bal. in l.1.q.pen.C.de peric. & com. rei uend. Cepol. caut. 134. tria faciunt. & c. Ryminal. conſ.490. lib.3. Verum idem Bar. & alij in d.l. uenditores, tenēt contrariū, quòd imò in dubio ſiue euincat fundus iure proprietatis, uel iure poſſeſsionis, ſiue alterius cuiuſcunq; iuris, ſemper uēditor tenetur ad ſumptus litis. per tex. not. in l. ſtipulatio iſta §. ſi quis forte, ubi Alex. not. de uer. ob. eſt bene uerū, quòd quando euinceretur ſola poſſeſsio, non poſſet emptor agere de euictione ad duplā promiſſam in cauſa euictionis, ſed debet agere primeuā actione ex empto, q̄a nō uidet res ſibi fuiſſe tradita per uenditorē ex quo poſſeſsio eſt euicta d.l.3. in prin. de act. empt. ubi Bart. not. & ſequit Iaſ. in d.l. uenditores, in fin. Vnde cum agatur hypothecaria, & ſic emptor inquietat à creditore non agit emptor de euictione contra uēditorē quaſi res ipſa euinca-
153 tur, quia per hypothecariam † res uerè non euincitur, ſed tantū auocatur poſſeſsio ab emptore, donec creditori agēti ſoluatur debitū petitum, aut litis æſtimatio d.l. ſi cū uēditor,

in prin.l.ex ijs prædijs.C.eo. Quæ lex etiã procedit in eo qui ſcienter emit rem hypothecæ ſubiectam, quod patet, quia ibi dicitur, quòd agenti ad pretiũ doli exceptio opponi põt; ſed ſcienti dolus non infertur. l. cum donationis.C. de tranſ.l.nemo fraudare, de reg.iur. Natta cõſ.267.nu.3.& niſi uẽditor liberet rẽ uenditã ab onere hypothecę tenetur emptori ad intereſſe, Alex.conſ. 63.lib.6.nu.10.l.ſi rẽ meam,& ibi Bar.de ſolut.Ang.& Alex.in l. 1. §.ſi hæres.ad Treb.Rebuf.tit.de conſtit.redd. art.1.glo.14.nu.42.tom.2. Et propterea uenditor qui facit obligationẽ creditori facit, illam non ad ſuam utilitatem, ſed ad utilitatẽ emptoris.ut habeat rem liberã ab onere hypothecę,& non ſolum emptor poteſt agere ꝯ uenditorem, ut liberet rem ab onere hypothecę ſed etiam poteſt emptor hypothecam libe rare, aut tollere offerendo litis æſtimationẽ, aut debitum uenditori agenti hypothecaria: & deinde poteſt emptor ita ſoluens repetere ꝙ ſoluit ab ipſo uenditore l. qm̃ liberum. C. de compenſ.l.cum tibi.C.de euict. nec poteſt imputari emptori ſoluenti cur ita ſoluerit, cũ non denuntiauerit litem uenditori, quia tenetur uenditor actione ex empto ad tradendũ rem liberam:& cũ uere appareat de hypotheca potuit hypotechã emptor ſoluere, & omiſſio denuntiationis iſto caſu non nocet, tradit

glo.in l.qui rem.C.de euict. & Alex.in d.cõſ. 63. in fin.Et propterea dicebat Ang.in l.3.C. de euict. ꝙ cautela eſt pro emptore,ut dicat rem uenditam eſſe obligatam,quia tunc non dicitur res libere tradita, & dicit Bald.in d.l. quoniã liberũ.C.de comp.quòd tenetur tradere liberam non ſolum à ſeruitute, ſed ẽt à creditoribus: non n.eſt res libera, prout nec quando eſt aliena,glo.& doct.in l.ſi profundo.C.de tranſ.uerſ.liber.Bal.& doct. in l.3.& in l.ex ijs prædijs.C.de euic.Iaſ.in l.Iulianus. §.qui fundum,ad fin.col.3.de uer.ob.ubi clarius.Alexã.ad fin.1. not.& ſic pótuit retinere pretium,donec res liberetur,ut per Ang.in d. l.3,Fabia.in tit.de emp.& uend.q.6.col.fi.Rauen.uerb.euictio,ad fin.& in uerb. uenditor, in princ.Vbi ẽt dicunt procedere ſi res etiam eſſet obligata ſub ꝯditione l.ſi ſeruus,in prin. de cond.furt.Alexan.conſi.67.lib.3.ex quib. ſoluit illud quod indeciſum reliquit Bal. in d.l.ex ijs prędijs,ad fin.& poſt eum Alex.in l. 1.§.ſi hæres.col.1.ad Treb.Neuiz.cõſi.37.numero 2. Subdens nume.3. poſt Salyc. in l. ſi rem quam,in prin.de euict.ſicut poſſet pretiũ repetere,multò magis retinere l.1.de ſuperfic.imò uẽditor pſumit in mala fide, quia debet habere notitiam qualitatis rerum ſuarũ, & ſcire uitium ꝙ habẽt res quas uendit Cor. conſi.81.lib.3.imò & ſi fuiſſet ignorans fuit

tamen

tamen in culpa in aſſerendo faciliter rem eſſe liberam quam ignorabat ſecundum Azo.in ſum C. de act.empt. colum.2.uerſic. ſi autem ignorauit.Paul. de Caſtr.in l.Iulianus, ad fin. princip.de act.emp. Corne. conſi. 2.circ.fin. libr.3. ergo ſaltem teneretur in conſcientia Abb.cap.quoniam, colum. 8. in fin. de probat. & quia etiam ſi fuiſſet ignorans, tamen quia tenebatur hoc dicere, & certificare emptorem de qualitatibus rei,& eius obligationibus,tenetur ſibi deducere quanto minoris fuiſſet empturus,ſi ſciuiſſet illam qualitatem §.fin.inſtit.de emp.& uend. l.ſeruus quem §. fin. ubi Saly, de act.empt. Aret.conſ. 104.ad fin.& quãdo interuenire potuiſſet dolus uenditoris forte ſtatur iuramento in litem emptoris, Alexand. conſilio 69. libr.4. ſubdens Salyc. in d. l. Iulianus, quòd imò poteſt emptor dicere ꝙ nullo modo fuiſſet empturus Soluẽdo igit emptor creditori fecit illud, ad quod uẽditor omnino tenebatur, & negotiũ eius utiliter geſsit ob id culpa emptori imputari nõ pôt,ita enim conſiderat ſatis diligenter Aymo cõſi. 298.nu. 14.Ant.Burg.d. c. ſi. col.fin.de empt.& uendit.Didacus lib.3. uar. reſol.c.18.nu.4.Not.caſum ſingularẽ, quòd
154 ſi emptor † rem illam meliorauit ſic.obligatã,quòd liberatur præſtãdo primam æſtimationẽ rei,antequam eſſet meliorata Bar. in l.

in

in ijs not.ult.C.de pd. & om. re. Nauic. libr. 11.quem ſequitur Paul. de Caſt.in l.ſi conuenerit. §.ſi fundus, de pigno.act.& pro not.ſignat Corſe.in uerb.melioratio &c.

155 Not.etiam quòd obligatus † ad dandum liberatur primeua actione,ſi det,& caueat de euictione, qua ſecuta agi poterit actione de euictione,quod intellige,& declara ut per Alex. in l.fina.in fin.de condit. ob cauſam, ubi Iaſ.not.ultim.

18.q. Si inſtrumento uenditionis dictum fuit.

156 De quibus † ſumptibus dictus uenditor uoluit,& cóſentit ſtare ſimplici uerbo dicti emptoris, uel eius iuramento, an illud ualeat? Bar.Bal.& Saly. in l.iuſiurandum quod ex cõuẽtione,in prin.de iureiur.tenẽt quòd ualet; & Iaſ.ibi dicit quòd iſta eſt cõmunis opinio, ubi multos cõcordantes allegat,Alexã.conſ. 37.col.pen.lib.2. eſt uerum quòd idem Bart. in l.fin.de pretor.ſtipul.addit quòd talis conuentio quamuis ualeat,tamẽ reuocari poteſt antequam iuratum ſit per l.ſi quis iuſiurãdũ C.de iureiu.Abb.in c.ſi.litibus col.fi. de dol. & cont. tenet cõtra Bar.quòd nõ poſsit reuocari,& ita etiam ſentit Alexã. in cõſil. 130. in fin.lib.1. atteſtans communem opinionẽ eſſe

157 cõtra Bar.& mouẽt Abb.quia pacta † & ꝯuẽtiones ſeruandæ ſunt, quæ ſeruari poſſunt abſque peccato.l.1.de pac.22. q.5.c. iuramẽ

tum

tũ. & ſi iniquè iurabit, uel declarabit reducetur ad arbitriũ boni uiri l.ſi libertus, la 2. de oper.libert. & quamuis hoc deducatur in liberam uoluntatẽ emptoris, ut ſic non uidea-
168 tur locus arbitrio boni uiri, attamen † intelligit dũmodo abſit dolus l.creditor.§ Lucius mand. Iaſ. ut ſaluet dictũ Bar. dicit quòd eius ſententia procedet quãdo ſuperuenit iuſta cã reuocandi iuramentum, ut quia ſecundum Ang. in d.l.fin. ſit effectus unus ribaldus, aliàs ſi nota cauſa ſuſpitionis non ſuperuenerit reuocari non poſſet, argu.l.ſi cum Cornelius, de ſolu. & ſubdit quòd ita pluries cõſultus reſpõdit, & ita iudicaret. Conſiderat n. quòd Bart. ſe fundat per d.l.ſi quis iuſiurandum. Verum ille tex. inquantum præſupponit delationem iuramenti poſſe reuocari, communiter intelligitur ex cauſa de nouo ſuperuenienti, ut quia ſuperuenerunt ꝓbationes de nouo Saly. ibi circa fin. Aret. autẽ in §.actionum, nu.21. inſti. de act. dicit ex intentione Rapha. in d.l. fi. ꝙ melius eſſet quòd debeat declarari præmiſſa taxatione iudicis, ſicut quando defert iurm̃ in ex expenſis ut l.ſancimus, cũ auth. ibi poſita. C. de iud. & in iuramento in litem, ut l. uideamus.§.pen. & fin. de in lit. iuran. & parte præſente, & tunc talis declaratio non poteſt peti quòd reducatur ad arbitrium boni uiri, & ita praxis obſeruat.

19.Q.Ne

19.Q. Ne emptori negligentia imputari poſſit ſi uenditor nō vult in ſe litem ſuſcipere,uel in illa aſsiſtere,an teneatur cōducere emptor aduocatum,& procuratorem? Dicendum eſt
159 quòd ſic,† nō quemlibet,ſed bonū,alioquin ſi non conduceret,uel non idoneum,nō haberet regreſſum de euictione,glo.eſt ſingul.in l. ꝙ ſi nolit.§.ſi mancipium,uerb.adhibuit, de ædil.edict.quā not. dicunt Are.in §.fi.inſt.de empt.& uend.col.fi.& in §. actionū.nu.22.de act. Ant.Burg.d.c.fi.col.2. de emp.& uend.intellige bonum aduocatū qui ſolet frequentare palatium cauſarum,& ſe exercet in litibus forenſibus.& uomen habet excellens,& fama eſt quòd in executio ſit peritus, & ſi forte cōtingat ꝙ in cauſa negligēter ſe gerat emptor excuſatur, quia adhibuit bonum aduocatū. uide not.per Aret.in §.pręterea,inſtit.de leg. Aquil.& quæ in aduocato requirantur uide ꝑ Georg.Natt.in cle. ſępe,in fin.princ.de uerb. ſigni. & nouè per Politum in tract. de aduoc. Sed ſi emptor eſſet aduocatus in cauſa euictionis,& ſuccubuerit, non recuperat expenſas litis à uenditore Bar. in l.quod ſi domus, loc.quod intelligitur uerum niſi uenditor ſit obligatus ad omnes ſumptus litis.Bal. in l.fi. col.fin.C.de fruct.& lit.expen.

20.Q. Quando agi poteſt de euictione? Reſpon
160 deſ quòd † ut emptor agere poſsit de euictione

ctione contra uenditorē requiritur quòd res euicta fuerit per ſententiā iudicis l.qui rem. C.de euic.Bar.in l.atqui natura §.cum me ab ſente,in not. de neg. geſt.in l.emptorē,ī prin. de act.empt.& in l.utique,de rei uēd.Paul.de Caſt.conſi.309.col.penul.uiſis,& ponderatis li.1.Soc.Iun.conſi.81.in fi.lib.1.Cor.cōſ.231. nu.9.lib.2.Riminal.cōſi.147.in princip. & in fin.lib.1. Bertrand.conſi.12.nu.4.li.4.ſiue in totum,ſiue pro parte.& tūc agitur de euictio ne, etiā ſi defenſio pro euictione expreſſe pro miſſa nō fuerit l.1.& 2.iun. l.non tñ, de euic. ad quod uide Aret.in §.actionū,nu.22. inſt. de act.& Rebuf.tit.de dila.art.5.gloſſ.un.nu. 16. & quamuis actor nolit ſententiam ferri,fe retur ad petitionē emptoris rei cōuenti. Bar. in d.l. utique,de rei uend. Aduerte tamē ad unū quod ponit Ang.in l.ſi ſeruus §.idem Iu lianus,de euict.& refert Rubeus in d.§.mor te.l. non ſolū, de ope.no.nunc. nu.458. ꝙ eſt
161 magna † differentia inter ſtipulationem du plæ,& ſtipulationem habere licere. Nā ut cō mittatꝰ ſtipulatio duplæ ſufficit quòd ſit lata ſententia,licet non ſit reſtituta res:ſed ſtipula tio de euictione ut emptori habere liceat nō committitur ante reſtitutionē rei,licet ſit la ta ſententia.l.excepto.§.ſiquis autem,de act. empt.l.habere licere,de euict.& traditur.in l. ſtipulatio iſta habere licere.§.1.& §.quæſitū de

de uerb. ob. & ſic ſtipulatio duplę ſtatim committit lata ſententia, ſtipulatio habere licere ubi res eſt reſtituta Cepol. Caut. 102. regulariter &c. & Caut. 227. not. ꝙ emptor &c. & ideo ſecũdũ Ang. debet emptor facere quòd inſtrumentum uẽditoris ita cãtet. Vendo ad habendum, tenendum, & poſsidẽdum, & tibi, & tuis hæredibus quicq̃d placuerit faciẽdũ, & etiam promitto illam rẽ ab omni perſona defendere, & auctorizare: & ſi tibi illam rẽ habere, & poſsidere non licet, uel euincatur pro toto, uel pro parte qualibet, dicta de ca uſa duplum dicti pretij ſolenni ſtipulatione promitto &c.

162 Fallit † in quatuor caſibus relatis per glo. in d. l. qui rem. Primus eſt ſi ita cõuentum eſt, quòd mota lite, etiam ante euictionẽ ſecutã poſsit agi l. ſiue in libertatem, ubi Bal. & Saly. not. C. de euict. Imol. & Ant. Burg. in d. c. ſi. Corn. conſi. 95. nu. 7. lib. 4. Gratus conſi. 135. nu. 8. lib 2. Rub. d. §. morte, nu. 466. Secundus eſt quando ſciẽter uẽdidit rem alienam ignorãti, ut eſt tex. not. in l. ſeruus §. fi. de act. emp. tunc enim ſtatim agi poteſt Bar. in l. atqui natura §. cũ me abſente, in fi. de neg. geſt. Cępo. caut. antep. in fi. Bal. in l. libera, num. 13. C. de ſent. & interloc. om. iud. & hoc caſu non tenetur emptor denuntiare litem motã uẽditori Bar. d. §. cum me abſente, Bal. in l. 1. opp. 5. C.

de

de peri.& com. rei uẽd. Alex. d.§.fi. in addit. ad Bar.nõ tñ ibi dicit ꝙ agatur de euictione, ſed ꝙ agi põt de intereſſe quanti intererat emptoris,rem alienam nõ fuiſſe ſibi uenditã, ut animaduertit Anto.Burg.in d.c.fin.col. fi. nu.27.Rot. pede.decis.ult.nu.5.Sed attẽde ꝙ uẽditor emptoti ꝑmittere ſolet quãti eius in tereſſet d.l.uẽditores,de uerb. obl. unde tale intereſſe ↄſiderari ſolet,q̃a emptori rẽ habere non licet. Tertius eſt qñ imminet euictio in li mite contractus l. ſi poſt perfectã.C.de euict. & iſta limitatio infra ſuo loco latius explicabitur. Quartus caſus eſt qñ uendita res alteri eſt obligata emptore ignorante l. ex ijs prædijs.C.de euict.l.creditor.§.prædiũ,ubi Pau. de Caſt.not de act. emp.Bal.in l.ex cõuentione,in fin. C.de pact. Vnũ eſt ſingulariter not. in hac materia,ꝙ ſi aliquis malo animo mouet mihi quęſtionem in re quam uẽdere uolebã,propter quod emptor ab emptione deſti-
163 tit, poſſum agere contra † eum impediẽtem ad intereſſe tex. eſt ſingul. in l.rei quam, de dol.quod menti tenendum commendat Anto.Burg. in d.c.fi. nu.8.de emp. & uend.
21.Q. Quid ſi inſtrumento ſit appoſita clauſula quæ vulgo ſolet in inſtrumentis apponi,ui
164 delicet,quòd promiſit † duplum noĩe pœnæ, quam exigi,& conſequi poſſe uoluit rato manente contractu? Cepol.caut.102.regulariter

riter &c.Rui.conſi.121.nu.9. libr. 5.Soc.Iun. coſi.94.nu.39.lib.3. Franc. Marc. deciſ. 413. Reſpondit Aret.in §.actionum,nu.25.inſt.de act.quòd ſi huiuſmodi uerba nō eſſent appoſita poſſet tãtūmodo aut pęna peti, aut ſors, & uerū intereſſe, ut in l. reſcriptū §. ſi pacto. de pact.ratio eſt ſecundū Iaſ.ibi in not. quia pœna conuentionalis ſuccedit loco rei l.prædia, de act. emp.unde petendo rem.& pretiū peteret quis id quod bona fides nō patitur l. bona fides,de regu.iur.Verum quando uerba illa modo ſupradicto apponuntur, tūc uidetũ utrunque peti poſſe,& quòd ꝯtractus firmus remaneat,ſcilicet,quòd teneatũ ad obſeruantiam contentorum in contractu, & quod pœna exigatur.l.qui fidem,de tranſ.quem tex.dicit ibi principaliorem. Iaſ. de iure de effectu clauſulæ rato manente pacto &c.Soc. Iun.ꝯſ. 23.nu.7.lib.2.& eſt ratio ſecundum Iac. But. ibi,quē refert,& ſequitur Vitali.in trac.clauſ. quia per iſtam clauſulam uidetur eſſe actū,ut pœna non ſuccedat loco rei, q̄ aliàs ſuccederet ut d.l.prædia, & ſic non poſſet peti utrunque;& ſic talis clauſula operatũ,ut poſsit peti utrunque tam ſors,quam pœna, nec per unū renunciatur alteri.Adde tamē ut fortius operetur,quòd conſilium eſt ut addatur ſecūdū Saly. in l.quoties,la prima in fi. C.de fideic. q̄ pœna ſoluta,uel nō ſoluta toties adhuc pœna

cõmittatur quoties fuerit contrauentum,idẽ Saly.in l.ſi pacto,concluſ.18.C.de pact.quem ſequitur Rip.in l.ſi inſulam,nu.80.de uerbo. obliga. Fulgoſ. conſil.112. dicit Alcia.in l.cũ proponas.C.de trnaſ.quòd huiuſmodi clauſula eſt huius effectus,ut pęnã adiectam uideri faciat,qua cõtemptus ipſe puniatͣ, & ideo non reſtringitur ſecundum id quod intereſt Bar.in l.2.§.idem ſi in facto,de uerb.ob. Declara tñ hoc ſecundum Marſ. ſing.472. quòd pęna conuentionalis ſemel tãtum peti poteſt niſi additũ ſit toties,quoties &c.Bal.in addi. ad Spec.titu.de loc.§.nunc aliqua q.37.uerſ. not.ergo &c.

22.Q. Sententia † lata contra emptorem in cau
165 ſa euictionis an executioni debeat mandari contra uẽditorẽ neceſſarium illius litis defenſorem? Dicendum uidetur quòd ſic ſecundum gl.Bar.& Scrib.in l.uenditor,in princ.de iud.& ſecundum eundem Barto. Bal. Pau.de Caſt.Saly.in auth.qua in prouincia.C. ubi de crim.agi opor.& Bar.in l.ſi procuratorẽ.§. ſi ignorantes,mand. per illum tex.ibi ex ſubſtãtia debitotis ſoluerint &c.qui tex.patitur plures intellectus,ut per Rip.in l.4.§. Cato, nu. 46.de uerb.obl.Quòd ſi hoc uerum eſt intellige duobus modis:primò ſecundum Fely.in c. olim,de accuſ.col.6.uer.& per illum text.&c. ut ita demũ procedat ſi bona emptoris reperian-

riantur penes uẽditorem,& fuit opinio Ana. in d.c.olim.ut refert Rip.ita d.§.ſi ignorãtes intelligentem.Secundò declara ſecundũ Ioã. Fab.in §.fi. inſt.de ſatiſd.nu.10.ut non proce dat quando uocatus ad litem non eſſet ſoluẽ do,tunc contra emptorẽ fiet executio, fuit di ctũ Bal.in auth.ſi captiui.C. de epiſc. & cler. Verum quia iſta opinio eſt ambigua fuerunt nonnulli in d. l.uenditor, inter quos Paul.de Caſt.qui reſtrinxerunt hanc cõcluſionem ut procedat ſolũ quoad fructus,ſumptus,& intereſſe, ꝓ quibus fieri poterit executio in bonis uenditoris,& neceſſarij defenſoris. Vtrunque tamen dictum reprobat Cagno.in d.l.uẽditor, in fin.Rebuf.uerò in titu. de dilat. art. 5.gl.una,in prin.dicit ꝙ ſi nominatus nõ cõparet,quòd iudex proferet ſententiam cõtra nominantem, & executioni mandabit contra nominatũ,niſi quoad expenſas,& intereſſe,quorum executio fit contra nominantem, intellige ſi nominatus uẽditor poſsidebat,ut docet Iacobi. in l.uenditor,colum.2.de iud. Et quãuis iniquũ uideaẽ circa reliqua executionem fieri contra emptorem nominantẽ,tamen quia temerè litigauit contra dominum rei,in expenſis,& alijs condemnari debet l.ꝓperandum.§.fin aũt.C.de iud.quas poſtea poterit à ſuo auctore repetere coram eodẽ iudice.Aduerte tamen quòd Bal.in d.auth.qua in

prouincia,dicit d.§.ſi ignorantes, nō habere locū in procuratore ad iudicia, de quo etiā per Ang.in l.Plautius,de procur.Fel.d.c.olim loco præcitato.Ale.in l.ſæpe,nu.92.de re iud. ponit hoc not.quòd licet prima executio fiat in defenſorem d.l.Plautius,tamē executio ſecundaria in ſubſidium rōne.ſcientiæ, & patiētiæ fiet in emptorē d.auth. qua in prouincia, & ſic defenſore nō exiſtente ſoluēdo fiet executio in bonis emptoris, propter eius patientiam.quod perpetuò eſſe mente tenendum dicit Paul. de Caſt.in l.in cauſæ §.1. de procur. Aduertendum ad unum cēſo quod ponit Inno.c.fi.col.fin.de alien.mut.iud.cau. fac. qui ait quòd etiam ſi emptor ſcait,cauſam agi cū uenditore,nullum ſibi fecit præiudiciū: quia ſententia non mādabitur executioni contra eum in re uendita;ſed uenditor conuentus tenebitur ad intereſſe,ſicut ille q ſe liti obtulit cum non poſsideat,Abb.ibidem col.fin.& ſequitur Neuiz.conſi.20.in princ.quæ deciſio. not.eſt.Ego ſum huius ſententiæ,ut executio fiat cōtra neceſſarium litis defenſorē eo modo,quo fieri poteſt,& in ſubſidiū contra emptorem in alijs neceſſarijs, & conſecutiuis rē euictā,in re tamen euicta contra poſsidentē, quia cū agatur actione reali ad certam rem, & determinatam in illa eſt facienda executio iuxta l.q reſtituere,de rei uendic.ut declarat

Cagn.

Cagno.in d.l.uenditor, in fin.Et quando ſnīa lata ꝯ uenditorem noceat emptori ponit Bal. conſ.173.lib.5.Et quid ſi uēditor offerat emptori rem æquè idoneā & bonam rei euictæ? non liberabitur gloſſ.in l.ſi quis domū, & ibi Bar.loca.

23. Q. Pone uenditor † ſcit rem uenditam eſſe 166 alienam,& etiam emptor: an iſto caſu teneatur uenditor de euictione? Nā emens ſcienter rem alienam non habet regreſſum de euictione, etiam ad pretium, ut per Bar. & alios communiter in l.fina.§.emptor C. communia de lega.& facit quia in pari cauſa turpitudinis deterior eſt conditio petitoris l.4.de cōdi.ob turp. cauſam, & ideo tex.in l.ſi fundum.C.de euict.& in l.fratres . C. communia utriuſque iud.uolūt ꝙ emptor ſibi ꝓuideat de euictione, qua promiſsione facta à uēditore ſciente rem uenditam eſſe alienam, ut quia promiſit emptori illā defendere ſumptibus ſuis, requiritur denunciatio litis, ita eſt de mente Cor. cōſi.2.uerſi.ſed his non obſtantibus lib.3.& iſtud uidet̄ generale, quòd ubi uenditor promiſit rem defendere ſumptibus ſuis, quòd his uerbis non obſtantibus eſt eidem intimandalis, quia pacta appoſita in contractu emptionis,& uenditionis intelliguntur ſecundum naturam contractus, ſuper quo interponūtur.l. ſi ſtipulatus, de uſur.l.ſi uno, in prin.loc. ideo

 talis

talis promiſsio debet intelligi ſi lis eidē fuerit intimata ut pulchrè declarat idē Cor.cóſ. 255. col. 2.lib. 3. quem ſequitur Rub. in d.§. morte,nume.434.& ſeq. Tiraquel.de retract. proxim.§.12.gloſ.1.Eſt bene uerū quòd uenditor ſciens tenetur certiorare emptorem de qualitate rei: alioquin teneret ad omne intereſſe,Alex.conſi.63.lib.6.Are. conſi.105.Cur. Iun.conſi.177.nu.5.

24.Q. An quando † conſanguineus retrahit uē
167 ditor teneatur de euictione?Reſpondetur ꝙ non:quia cum res non ideo euincit, quòd nō ſit uenditoris,ſed iure ſpeciali non tenet uenditor emptorē defendere per not.in l. Minor in princ.de euict.ubi Saly.& quia etiam id ius retrahēdi cōtra emptorem competit ex iuris municipalis permiſsione, & ex emptoris utpote extranei ꝑſona non uenditoris; proptere a nō tenetur uenditor de euictione.arg.l.ſi per imprudentiam,& ibi not.& l.hoc iure,cū l. ſeq.& l.ſi ſeruum l.ſi fundum, & l.ſi mancipium,de euict.Ioan.de Amicis conſi. 145.nu. 18.uide plenum conſi.Grat.114.libr.1. Quin etſi ex perſona utriuſque res euincatur nō debetur euictio l. ſed etſi,& ibi not.de euict.Nā & aliàs cū res euincitur ex natura negotij,ſiue rei nō debetur euictio,ſed ſibi debet imputare qui ſic cōtraxit glo.not.in l.ſi familię, & ibi Scrib.C.fam.herciſc.Bal.in l.1.q.2.de rer. diuiſ.

diuiſ. in c. 1. §. rurſus ſi fidelis, circa med. & ibi alij feud. tit. quib. mod. feud. amit. Ale. conſ. 21. col. 3. lib. 5. Aret. conſi. 3. Curt. Sen. conſil. 49. col. 18. nu. 71. Rui. conſi. 72. col. 3. num. 5. lib. 5. Rip. lib. 1. reſponſ. reſpon. 1. nu. 62. cum ſeq. Tiraquel. de retract. proxim. §. 1. gl. 9. nu. 34. cum ſequen. Afflic. deciſ. 153. uenditur domus &c.

25. Q. Quid ſi promiſſum † eſt quomodocun-
168 que res euincatur? an ipſe uenditor teneat de euictione etiam ſi non fuerit facta eidem litis motę denuntiatio? & profectò apparet ita reſpondendum fore, ut equidem uenditor de euictione teneatur, & id probat auctoritate glo. in l. cum pœna, de arb. quo in loco Accurſius ſcribit promiſsione de euictione in hunc modum facta, quòd uenditor de ea teneatur quomodocunque res fuerit euicta, uenditorē teneri etiam re euicta per ſentētiam Arbitri, in quē ſpontè cauſam emptor cōpromiſit, tametſi alioqui re euicta per ſententiā arbitri, etiam denuntiatione facta legitimè ipſi uēditori locus nō eſt euictionis actioni. l. ſi dictū. §. ſi compromiſero, de euict. Bal. ibi in d. l. cū pœna. Alexā. in l. filius à patre §. ult. de liber. & poſthu. Dec. rub. de prob. nu. 12. Alex. cōſi. 4. lib. 3. Ant. Burg. d. c. fin. num. 14. de empt. & uend. Aret. §. ult. colum. fin. de emp. & uen. in inſt. Bal. Ale. & alij in l. ſi domus §. de euictio

ne de leg. 1.Goz.conſi.1.nu.19.conſi.14. nu. 22.& conſi.63.nu.9.Tiraquel.de retract.proxim.qui alios citat. §. ult.in fin,nu.97. Cur. Iu.conſ.1.nu.2.Didacus li.3.uar.reſol.ca.17. illat 7. ubi tandem concludit, quod dictũ eſt obtinere ſolum quoad pretium rei uenditæ, nõ quoad duplum,nec quoad intereſſe, ꝙ in ſe ęquitatem habere uidetur. Adde unũ ſingulariter not.quòd pactũ ne quis de euictione teneatur non ei prodeſt,qui ſcit cãm ex qua poſtea res euincitur,& eam tacet l. tenetur.§. ult.de act.emp.ubi Bar.nam hic dolo non caret Alex.conſ.4.nu.2.li.3.Tiraque.de retrac. proxim.§.12.glo.1.

26 .Q. Quid ſi emptor in re euicta fecit aliqua melioramenta,[k] puta domũ,uel aliud ſimile, quomodo erit illi conſultum pro illorum recuperatione? Ego diſtinguẽdum eſſe cenſeo.

k

169.Aut emptor † erat bonæ fidei poſſeſſor,& tũc ſi rem emptam poſsidebat,iure exceptionis illa conſequi debet à uendicante, uel agẽte Rom.conſi.169.allegat l.intra utile.§. uendentibus,de Minor.Soc.Iun.conſil.62. lib.1. Curt.Iun.conſi.144.& conſil.175.Alc.conſil. 328.eleganter:quòd ſi non fecerit à uẽditore non recuperabit l.idemq́ue §.1.de act.empt. Si uerò non poſsidebat ſed forſan abſque ſua culpa deſijt rẽ poſsidere, eorũ proſecutionẽ habet l.ſi cõtrouerſia:ubi no.doc. C.de euic.

com-

cõputabuntur tñ talia melioramẽta, cum fru
ctibus l.ſup,ubi Bal.C.de euic.l.ſumptus, de
170 rei uẽ. Aut † erat malæ fidei poſſeſſor,& tũc
meliorationes nõ recuperat, quas fecit in re
empta l.fin.§.emptor C. com. de leg. Io.de
Amicis conſ.54.nu.10.Niſi ſm Paul.de Caſt.
ibi,& ſequitur Iaſ. fuiſſent neceſſariæ: quibus
nõ factis res fuiſſet peritura,uel deterior effe
cta.bonus tex. in l.domum.C.de rei uẽd. ubi
Scrib.multa de materia expenſarum quos ui-
de. Neguſ.in tract.de pigno.par.5. memb.4.
Iacob.Menoch.in tract.recuperandæ poſſeſſ.
in remedio.c.reintegrãda 3.q.1.ubi latiſsimè
Bar.in l.in fundo,de rei uẽd.& ita in terminis
noſtris magiſtraliter diſtinguit Bened. Ca-
pra conſ.90.2.dub. qui omnino uidẽdus eſt.
171 Circa † fructus [l] perceptos per emptorem
l eandem diſtinctionem facias. Nã bonæ fidei
emptor ſtricto iure non poteſt in fructuum
perceptione turbari, quamdiu euictus nõ fue
rit fundus l.qui ſcit.§.fi.de uſur.attamen eui-
cta re eos fructus quos percepit poſt litem cõ
teſtatã iudicis officio reſtituet glo.in d. §. fi.
& l. euictis, eo. tit. Malæ fidei emptor ad fru-
ctuum reſtitutionem tenetur l.certũ C.de rei
uen l.mala fide C.de cond.ex leg l.2.C.de fruc.
& lit. expenſ. Vide latè Bar. in l.ex diuerſo,
de rei uend. Ang. in §. ſi quis à non domino
inſt.de re.diuiſ.ubi plenè materiam per diſtin

ctiones tractat. Soci. Iun. conſ. 81. lib. 1. & cõ ſi. 150. eo. lib.

SVMMARIVM.

1 *In contractu emptionis, & uenditionis propriè procedit euictio.*
2 *In donatione an habeat locum euictio diſtinguuntur tres caſus.*
3 *Ratio differentiæ inter donationem incip. à promiſſione & illa à traditione.*
4 *Euictio non habet locum in donatione remuneratoria.*
5 *Actio mandati datur pro intereſſe agentis.*
6 *Non habet locum euictio in donatione facta à patre filijs.*
7 *In contractu dotis an habeat locum euictio diſtingue ut ſupra.*
8 *Not. diligenter caſum ſingularem.*
9 *In legatis an habeat locum euictio quatuor axiomatis explicatur.*
10 *Legati titulus lucratiuus eſt.*
11 *Hæres adeundo quaſi contrahit cum legatarijs.*
12 *Ex qua perſona quis lucrum capit eius factum approbare debet.*
13 *Quod in genere debetur nunquam perire poteſt.*
14 *Non procedit quando legatur incertum de certis.*
15 *Non procedit quando legatur quid uniuerſale.*
16 *In legato facto de re certa propria teſtatoris non debetur euictio.*

Hæres

17 *Hæres obligatus ad legatum dare qualis res eſt. Fallit in duobus caſibus nu. 18. & 19.*
20 *In legato rei alienæ ſcienter facto debetur euictio.*
21 *Hæres tenetur ſemel tantum pro euictione.*
22 *In legato rei alienæ ignoranter diſtinguitur.*
23 *Intellectus §. euictis l. cum pater de leg. 2.*
24 *In legato rei alienæ quid ſentiat ius canonicum.*
25 *Hæres tenetur cedere actionem quam pro euictione defunctus habebat.*
26 *Teſtator uidetur legaſſe omnem actionem ſibi cõpetentem occaſione rei.*
27 *Quilibet tenetur facere quod ſibi non nocet.*
28 *Dictum docto. intelligitur ſecundum l. quam alegat.*
29 *Refertur caſus not. in quo habet locum euictio.*
30 *Hæres tenetur de euictione quando legatur libertas ſeruo alieno.*
31 *Pia cauſa & libertas æquiparantur.*
32 *Si legantur duæ res alternatiuè debetur euictio.*
33 *Quando euictio prouenit ex facto legatarij hæres non tenetur.*
34 *Ponuntur quatuor differentiæ inter legatarium, & emptorem.*
35 *Iure actionis uenit cautio in contractu emptionis.*
36 *Actio ex teſtamento eſt ſtricti iuris.*
37 *Emptor non agit de euictione antequam res euincatur: legatarius ſic.*
38 *Legatarius ante litem conteſtatam denuntiat emptori quandocunque.*

Sta-

39 *Statutum loquens in uenditione non habet locum in datione in ſolutum.*
40 *Cautela quædam Bar. relata à Cepolla.*
41 *Datio in ſolutum dicitur uenditio.*
42 *In datione inſolutum habet locum euictio.*
43 *In permutatione & in alijs contractibus innominatis habet locum euictio.*
44 *Euicta re tradita ex cauſa permutationis datur actio præſcriptis uerbis.*
45 *In permutatione ſtatim agere poſſum ſi imminet euictio.*
46 *In tranſactione an procedat euictio diſtinguitur.*
47 *Si euincitur ius patronatus ſæculare datur actio pro euictione.*
48 *Idem in iure patronatu ſpirituali, intellige, vt declaratur.*
49 *In feudo non habet locum euictio, quia alienari non poteſt.*
50 *Emptio facta contra legis interdictum non ualet.*
51 *Bona feudalia quomodo obligari poßint pro euictione.*
52 *Quid in diuiſionis contractu dicendum: diſtinguitur.*
53 *In pignore locus eſt euictioni.*
54 *Quid in ceßione.*
55 *In emphyteuſi habet loco euictio.*
56 *Quid in litis æſtimatione.*
57 *Idem in locatione & conditione.*

In

§. 4. In quibus cauſis habeat locum euictio.

1 NON eſt dubitãdum quòd in ɔ̃ctu † emptionis,& uenditionis pro-
a prius ꝓcedit euictio.[a] Quinimò & ſi de ea nullum uerbũ ſit factũ in inſtrumento, nihilominus ex natura cõtractus ſubintelligitur l.nõ dubitatur.C.de euic. quam euictionis cautionem Papinianus iuriſconſ.adminicula emptionis appellat l. pacta conuenta,de ɔtrah. empt. Alcia.lib.5.Parod. c.16.dicit in emptione euictionem eſſe quid naturale,ſcilicet,quòd etſi expreſſè non agatur ineſt. Et propterea not. Bal.in d.l.non dubitatur, quæ conueniunt ex natura cõtractus non eſt neceſſe exprimi. Et propterea ut emptor cautior reddaẽ,ſi dubitat de re empta ne euincatur,uel ſuper ea moleſtetur, poteſt in ſolutione pretij dicere,quòd pretiũ conuertatur in emptionem aliorum bonorum, quæ erũt prius obligata pro defenſione rei uẽditę, & tale pactum ualebit. Alex. in l.ſi fideiuſſor §.ſi neceſſaria,colum.1.qui ſatiſd.cog.& ſi res poſtea empta fuerit in illa p̃feretur emptor, dummodo probetur emptam illa pecunia à me data Rebuf.tit.de conſt.redd.art.1.gl. 8. nu.29.tom.2.Et in facto conſultus Soci.Iun. conſi.52.lib.4.nouiter impreſſo reſpondit,ꝙ ſi duo

ſi duo ſimpliciter uendunt rem communẽ & promittũt de euictione, quemlibet pro eorũ parte promiſiſſe cenſetur, quã uẽdidit, primò quia de natura uenditionis eſt, ut uẽditor de euictione rei ꝑ ſe uẽditæ teneatur, & non per alium l.1.in prin.de euic. Secũdò quia quilibet ipſorũ recepit pretiũ ꝓ ſua rata, hoc eſt, pro partibus ꝑ ſe uenditis. Nã ſicut ex eo arguitur, quòd quilibet partẽ dicitur uẽdidiſſe ut l.quidam ex parte, & ibi traditur per glo. & doct. de euict. ita etiam debet dici ꝙ quilibet tantum pro partibus à ſe uenditis defenſionem, & euictionem promiſerit.

In donatione † an habeat locum euictio Abb. in d.c.fin.num. 10.de emp. & uend quẽ ſimpliciter refert, & ſequitur Ant. Burg. ibi nu.22.facit tres caſus.

Primus eſt ſi expreſſè promiſſum fuerit à donatore de euictione,[b] & tunc abſque dubio tenebĩt l.2.C.de euict. quia ꝯtractus ex ꝯuentione legem accipiunt l.1. §. ſi conueniat depoſ. Bal. & Saly. in d. l.2. Abb. conſi.43. col. 1.lib.1. Dec. conſi.323.nu.4. Ruy. conſ.184. in ꝯprinc. lib.1. boer. deciſ.33.nu.26.

Secundus eſt ſi donatio incipiat à promiſſione, tũc tenetur donatarius de euictione, ſi ue ĩat promiſsio donationis ꝑ ſtipulotionẽ, ſiue nudo pacto hodie l.ſi quis argentũ C.de dona. ita ſentit Bar. in l.Ariſto. §. fi. de dona.

Bal.

Bal.& Saly.in d.l.2. Iaſ.in l.ſi domus §.de eui ctione,nu.10.de leg.1.Vide plenum cõſ.Corne.141.lib.2. Goz.conſ.60.Alcia. conſi. 340. filias &c.

Tertius eſt,ſi donatio incipit à traditione, aut datione,tũc donator nõ teneẽ de euictione Iaſ.conſ.73. dub. 3.lib.1.Curt. Iun. conſi. 174.num.34.Ruy.d.conſi. 184.nu.8.Boer.deciſ.67.nu.1.Betrand. conſi. 317. lib.2. par.1. Alcia.d. conſ. 340. Sed bene actione dolo ſi donator ſcienter rem alienam donauerit d.l. Ariſto,in fi.& ibi glo.fi.hos tres caſus cõſiderat Ryminal. conſi. 409.nu.21.lib.3.Adde ꝙ Paul.de Caſt.in d.§.fin.clarius loquitur.Si ꝓmiſiſti mihi dare rem aliquam ex cauſa donationis,quæ nõ erat tua,& tradidiſti,nõ fuiſti liberatus à ꝓmiſsione quia ꝓmiſiſti dare, id eſt dominium trãsferre §.ſic itaque, inſtit.de act.& hoc nõ feciſti, & ideo re euicta poſſum agere actione prima l.cũ quis §.qui hominẽ
3 de ſolut. Quæ † ratio differentiæ conſiderari poſsit,quare habeat locũ euictio in donatione quando incipit à promiſsione, & qñ incipit à traditione minime,ego didici à Bal.in l. 1.col. fin.uerſ. Tertij dicunt.&c.C.de iu.dot. (inquit enim) quòd ideo hoc contingit in donatione quãdo incipit à traditione, quia qui tradit magis diſtrahit, quã cõtrahit.§.1.inſt. quibus mo.re contrah.obl. ille uerò qui pro-

mit-

mittit ꝯtrahit,& ſic obligatur ut donatarius habere liceat,quia donatio dicitur doni datio,& dare ſignificat dominiũ trãsferre l. ubi autem §.fi.de uer. obl.Bar.in l.iuris gentium in fin.prin.de pact.

Quamuis in donatione,quę incipit à traditione,nõ habeat locum euictio, nihilominus
4 non procedit † in donatione remuneratoria Bar.& Scrib.in l.Iulianus §.1.de uer. obl. Iaſ. conſi.34.col. fin.li.1.Boer.deciſ.67.Ratio eſt quia intereſt donatoris ſuam rem donatam euictam non fuiſſe, ut ſit liberatus ab obligatione antidorali per tex. in l.idemque §.fi.cũ l.ſeq.& prin.ſeq.mãd. Vbi fideiuſſori liberato ex cauſa donationis remuneratorię datᷓ actio mandati contra principalem debitorem ad totam quantitatem, in qua fuit liberatus fideiuſſor,perinde ac ſi pecuniã debitã actua
5 liter ſoluiſſet,& tamen † actio mandati nõ debet dari, niſi quatenus intereſſet agentis l.ſi procuratorem §.mandati;eo.tit. Quæ limitatio ſuſtineri poteſt,quia iura loquentia de donatione ſimpliciter,non extẽduntur ad donationem remuneratoriam,tradit Bar. in l.iuriſ gentium §.quinimò,nu. 20. de pact. Rurſus in illa non requiritur inſinuatio,nec reuocatᷓ propter ingratitudinẽ l.ſi pater §.1.de dona. ubi Bar. Bal.in l. illud C.de ſacroſan.eccl. Et donatio remuneratoria ẽ magis ſimilis datio
ni in

133

ni in ſolutũ quàm donationi nimirum ſi debetur euictio, iuxta not. in l. elegãter, in prin. de pign. act. in l. libera C. de ſent. & interl. om. iud. idem tenet Alex. conſ. 47. col. 2. li. 3. quicquid in contrariũ ſenſerit Cuma. in d. l. Iulianus. §. fi. cui reſpondet Iaſ. ibi. nu. 12. Aym. cõſi. 64. ubi alios allegat. Fallit etiam in caſu relato per Reb. ti. ut benef. ant. uac. ar. 2. gl. ult. tom. 1. quòd res Franciæ in rebus iure à ſe donatis euictionem ſuſcipit.

Limita etiam ſecundum caſum ut nõ pro
6 cedat † in donatione ſimplici facta à patre filio uel filiæ, in qua non habet locum euictio ita ſingulariter not. Bal. in auth. ex teſtamẽto col. 2. uerſ. conclude. &c. C. de colla. quem ſimpliciter refert, & ſequitur Iaſ. in §. fuerat, nu. 35. inſt. de act. ſuper qua amplius deliberãdũ cenſeo.

7 An in contractu † dotis euictio procedat? Habemus text. apertum ꝙ ſic in l. 1. §. 1. C. de rei uxor. act. iun. l. 1. C. de iur. dot. & recipit illammet diſtinctionem quam fecimus in donatione. Si enim dos incipit à promiſsiõe, tũc dotis dator tenetur de euictione, aut à traditione, & tũc ſecus Bal. & Saly. in d. l. 1. Ant. Burg. in d. c. fi. nu. 23. de emp. & uen. Iaſ. in §. fuerat, nu. 33. inſt. de act. Bal. Nouel. in trac. dote part. 7. priuil. 42. Intelligit tamen Aret. in d. §. fuerat, nu. 12. ut procedat quod dictũ eſt

in extraneo dotante, quia tunc cum uideatur donare ſi ſibi non eſt ſtipulatus in caſu reddẽdæ dotis ut l.1.§.accedit C. rei uxor. act. ſicut ex cauſa donationis quę incipit à traditione quis nõ tenetur de euictione, ita etiam nõ tenebitur de iſta dote. At in patre, & alijs qui tenẽtur dotare in omni caſu tenẽtur de euictione l.ſi pro re pupilli.§.1.cũ ibi not.de euict. maxime cum maritus in dote dicat̃ habere titulum oneroſum l. ex promiſsione, de act.& obl.licet ex parte mulieris dicat̃ lucratiuus l.fin.§.1.ubi Bar. quę in fraud.cred.Cũ ma.conſ.29.2.dub.Neguſ.tract.pign.par.2.membr.4.nu.27. Attende tamen diligenter quòd ſi recte ponderet tex.in d.l.1.C.de iu.dot. loquitur de ſocero dotante, & tamẽ uult text. quòd ſi dos incipiat à traditione, nulla marito cõpetit actio pro euictione, & reſtrictio quã facit Aret.in extraneo uidetur cõtra uerba tex. aperta d.l.1. Vnde tenendum cenſeo quòd diſtinctio d.l.1. ſeruanda ſit ut loquitur tam in ſocero quàm in extraneo dotãte. Et dum ille tex. loquitur quòd ſi res in dotem data fuerit æſtimata, quòd tunc ſi fuerit euicta agatur actione ex empto, adde tex.in l.quoties, in l.nõ ſolum, de iu. dot.& hoc ideo eſt quia tunc cenſetur contractus emptionis, & dominium trãſit in uirum incõmutabiliter, & in reſtitutionẽ nõ uenit res data: ſed æſtimatio. l.pler ũq;

§.ſed ſi ante, de iu.dot. Bal. Nouel. in tract. dot.par.7.priuil.39. & ſeq.Soci.declarat latè & diſtinguit in conſi.55.li.1.Rub.conſ.5. Nõ obſtant adducta per Aret. quoniã l. ſequẽs§. allegatum declarat ut intelligatur quando ꝑ
8 ceſsit promiſsio.Not. † diligenter ſingularẽ caſum, quòd ſi res empta per mulierem euin catur à marito,cui eam dedit in dotẽ,cõmittitur actio de dupla cõtra auctorem mulieris d.l.ſi pro re pupilli §.1.cum l.ſeq.de euict.& ibi Bart.not.& mirum non eſt quoniã mulier naturalis eſt,& uera illius rei dotalis domina l.in rebus. C.de iur.dot.imaginariumq; dun taxat dominium maritus habet l.dote ancillam.C.de rei uend.& propterea cũ ius dotis, ꝙ mulieri reſeruatum erat per talẽ euictionẽ perimebatur,& ſic mulier efficiebat̃ indotata,ideo ſtipulatio duplæ cõmittitur propter euictionem factam marito Iaſ. in l. Iulianus §.1.in fi.de uer.obl.Alex.conſ.67. lib. 2. Negu ſ.in tract.pign.par.2.memb.4.nu.28.

Mulier habens alia bona unde ſe dotaret, dedit in dotẽ marito rem reſtitutioni ſubiectã,mortua muliere abſq; liberis maritus uigore ſtatui lucratur partẽ dotis,res illa in dotẽ d ta eſt in caſu euictionis, qa euenit caſus f.dei cõmiſsi.Reſpondit Bal.conſ.468.quidã habens duas filias.&c.li.4.quòd maritus habebit actionem pro euictione pro parte ab ip

ſo lucrata in alijs bonis mulieris allegat tex. in d.l.1.C.de iu.do.quē ſimpliciciter refert & ſequitur Aymo conſ.186.nu.17.

Si maritus uendit fundum dotalem quādo teneaē de euictione ponit Specul. ti. de emp. & uend.§.tertio.uer.item pone.& c.Et quādo ſimul uxor,& maritus uendunt,& ambo promittunt de euictione,ambo tenētur:& quando uxor uēdit,& promittit de euictione cum conſenſu uiri,ipſa ſolum tenetur.Alexan.cōſ. 38.lib.2.Natta conſ.552.nu.3.

Hipotheca cōpetit mulieri pro dote data etiā ſi res dotalis ſit euicta l.1.§.& ut plenius C.de rei uxor. act.Rebuf.tit. de conſtit.redd. art.1.glo.14.nu.40.tom.2.

Dotalis fundus filię datus in dotem ſi euincatur debet defendi ab hęrede,ſi uxor,eadēq; filia abſtinuit ab hæreditate paterna l.creditor §.prædium, & ibi Bar.de act.emp.

9 In legatis † an habeat locum euictio? Bartol.in l.ſi domus §.de euictione,poſt glo.ibi de legat.1. quatuor axiomatis explicat articulum.

Illud imprimis certum eſt hæredē teneri de euictione ꝑ portione hæreditaria l.quidā ex parte, de euict.l.2.C. eo. Bertrand. conſi. 235.nu.8.lib.4.Saly.in l.cum alienam C.de legat.niſi in caſu.l.de euictione.ff.ad Treb.

Primum axioma eſt qn̄ legatur aliquid in gene-

genere tūc debetur euictio magis ex qualitate obligationis, quàm titulo legati, quia in genere l. qui concubinam §. ſi hæres, de leg. 3. quē tex. ita ibi ſummat Bar. ꝙ in legato generis ab hęrede debetur euictio. Regula enim eſt, quòd ubi quis tenetur in genere rē facere accipientis, tenetur & per conſequens de euictione. Et dum dicit quàm titulo legati, illud
10 ideo eſt, quia † legati titulus lucratiuus eſt, in ſtit. de lega. in prin. cuius natura eſt ut quis nō teneat de euictione niſi promittatur ad inſtar donationis l. Ariſt. §. fin. de donat. d. l. 2. C. de euict. Addit præterea Iaſ. in d. §. de euictione, not. 3. quòd ideo hæres regulariter te
11 neť euictione, quia † hęres adeundo hæreditatem dicitur quaſi cōtrahere cum legatarijs l. apud Iulianum §. fin. ex quibus cauſ. in poſt. ea. §. hæres, inſtit. de obl. quæ ex qua. cōtr. naſcun. & per conſequens efficitur poſtea debitor neceſſarius, ideo teneť de euictione, licet ex titulo lucratiuo legati l. ſi hæreditatē §. 1. mand. Hæc ratio mihi non placet, quia nō eſt generalis in omnibus caſibus relatis à Bart. qui infra ſubijcientur, ſed tantum in ijs, in q̄bus de iure obligatur hęres ad euictionem: & ſic ille quaſi cōtractus qui cauſatur ab aditione facta per hæredem nouam non inducit obligationem cū legatarijs, præter id quod eſt in teſtamēto expreſſum, & à iure inductū.

à iure enim inductum eſt ut hęres in certis caſibus teneat de euictione, in alijs nequaquã. l. l. ſi ſubſtituto §. hęres, de leg. 1. ubi Pau. de Caſtr. optimè declarat. Vlterius conſidera quòd
12 regula iuris eſt ex qua perſona quis lucrum capit eius factum approbare debet. l. ex qua perſona, de reg. iu. intellige pro portione ſua in qua eſt hęres d. l. 2. C. de euict. l. cum à matre, C. de rei uẽd. Cum igitur Teſtator legauerit, hęres qui eiuſdem iuris, & poteſtatis eſt, l. hęredem, de reg. iur. mentem defuncti exequi debet, probatur hoc in d. l. qui cõcubinã. §. ſi hæres, de leg. 3. Confirmatur hoc tali ſimili,
13 † quod in genere debetur nunquã perire poteſt l. incendium, cum gl. C. ſi cer. pet. propter ea ſi euincit à manu legatarij res legata, cũ in genere debeat, nunquã per euictionẽ perit, uel minuitur, igitur hęres nunquã liberat niſi effectualiter rẽ accipientis fecerit. Bertran. conſi. 31. lib. 8. ubi idem dicit in uenditione
d in genere facta.[d]
Reſtringitur hoc axioma duobus modis. Pri-
14 mò ut non † procedat qñ legatur incertus de certis, ut lego unum ex ſeruis meis, quia tũc ęquiparatur legato ſpeciei l. in rõne la 2. §. diligenter, ad l. falcid. & l. qui decem §. ſticum de ſolut. Intellige hoc ſano modo ſecundum terminos iurium allegatorũ & maximè d. §. ſticum, qui loquitur in terminis exempli per

Bar.poſiti,ut ita demũ procedat, & ſit liberatus hęres,quãdo omnes illi ſerui qui erant Teſtatoris deſierũt eſſe in poteſtate hęredis abſque culpa eius, & non aliter: quandoquidem ſemper uiuit obligatio uſque ad unum ſeruũ qui ſuperuixit.

15 Secundò non procedit † quando legaretur quid uniuerſale, non autem unum de genere indeterminatè:ueluti ſi legaretur peculiũ,uel hęreditas,quo caſu ſi euinceretur eſſet legatarij damnum l. 1. C. de euict. ubi Bal. & Saly. intellige ſecundum Bal. ibi etiam ſi nihil in hæreditate remaneat: quoniam cum hæreditas conſiſtat in iure,ſubſiſtit etiam ſi nihil remaneat in hæreditate.

16 Secundum axioma eſt quãdo legatur † certa ſpecies quę eſt ipſius Teſtatoris: quo caſu ſi euincitur,hęres non tenetur,quoniã ſufficit rẽ dari qualis eſt.l. ſi à ſubſtituto §. 1. de leg. 1. Ant. But. in d. c. fin. de emp. & uend. nu. 24. Abb. conſ. 45. li. 2. Et quando res eſt propria teſtatoris non poteſt euinci niſi per iniuriam iudicis,quo caſu hæres non obligatur l. ſi per imprudentiam, de euict. niſi hæres c fuerit in culpa, ut quia noluit exhibere inſtra legatario.l. exceptione,cũ ibi no. de fideiuſ. l. inſtrumenta. C. de fideic. Item niſi fuerit ipſe hæres citatus tũc tenetur,quia uideretur contra ipſum lata ſententia Paul. de Caſtr. d. §. de euic-

 ti

ctione,& l.ſi ſeruus plurium.§.1. de leg.1. Cũ
17 ius dictum uerũ eſſe nõ puto,† quia hęres in plus non obligatur quàm tradere rem qualis eſt,ut ſupra dictũ eſſet:niſi forſan culpa,& negligentia hæredis legatarius legatũ amiſit;illo enim caſu tenebitur, ut dictum fuit. Item
18 † niſi euinceretur res illa reſpectu alicuius iuris,puta pignoris,uel hypothecæ:(forte ꝑ hypothecariam,uel Saluianum interdictum) & tunc hæres teneretur iuxta diſtinctionem l.ſi res,de leg.1.quia licet hypothecæ non ſit ius dominij,eſt tamen tale ius propter quod auocatur res legata in totũ,Iaſ.d.§.de euictione nu.27. Et dum dicitur quòd ſufficit rem pſtari qualis eſt,intelligitur dummodo † illa qua-
19 litas non ſit cauſa euictionis, f ut ſi hæres in fundo legato ſepellierit, quo caſu fundus ille in parte ſepulturæ ſit religioſus,& ſic diminuitur legatũ,unde cũ illa qualitas ſit cauſa euictionis tenet hæres l.Meuius §.in fundo, de leg.2. Bal.in l.prædia,col.2.uerſ. extra oppono.C.de fideic.Rip. in l.1.nu.8.de interd. Vel niſi adſint uerba talia,ꝑ quę qualitas illa altetur,quod cõtingere poteſt ſi fundus qui legatus eſt ſeruitutẽ impoſitam habeat,qualis eſt dari debet niſi legatus ſit uti optimus,maximuſque eſt;quia tunc liber præſtandus eſt. l.ſeruo legato §.ſi fundus,de leg.1.l.non tantum de uerb.ſig.

Tertium

20 Tertium axioma eſt quando legatur † res aliena alicui à ſciente, tunc hæres tenetur de euictione l.cum alienam C.de legat.quod intellige quãdo ſciuit alienã ſimpliciter. ſecus ſi reſpectu alicuius iuris,quia tunc uidetur legare ius quod habet:ueluti eſt ſi legetur ab altero dominorũ res cõmunis ſimpliciter cenſetur relinquere tantum petitionem ſuam l.ſerui electione §.fin.de leg.1.Bertrand.conſ.56. lib.3.par.1.Aliud in uendente rei qualitatem ignoranti:illo caſu tota uẽdita cenſetur Bal. in l.1.C.ſi pignus pig.da. ſit.in l. ex ijs. C. de euict.Alex.in l.ſi domus §.fin.de leg.1.Iaſ.l.1. nu.21.C.qui teſta.fac.poſſ.Bertrand.conſi.6. lib. 7.latè Rom.diſtinguens conſ.396.Item ſi legatur fundus uectigalis ſimpliciter,uidetur ſolũ legaſſe ius,quod in uectigalibus fundus habuit, non proprietatem l.ſi domus §.fi.de leg.1.bonus tex.in l.ſticus teſtõ, de uſuf.leg.

21 Eſt bene uerum † quòd ſi hæres ſemel rem illam redemerit à domino,ſi euincatur non tenetur ulterius illam luere arg.l. fideicõmiſſa §.ſi quis decẽ,de leg.3.niſi hęres fuerit in culpa redimẽdi l.cum res §.fi.l.quid ergo, la prima.§.ſi hęres, de leg.1.Tenebitur tamen hæres illo caſu,quãdo nõ eſt in culpa,credere legatario actionem de euictione, quam habet contra uenditorẽ arg.l.in creditore,de euic. Alex.poſt per alios eum relatos in d. §.de euictione

ſtione,nu.4.& Iaſ.numer.28.
22 Quartum axioma eſt,quando legatur † res aliena ignoranter,& tunc ſi legatur extraneo nõ ualet & ceſſat euictio:ſi uerò cõiunctę perſonę ualet,& debetur euictio.d.l.cum alienã. C.de legat.Intellige ut declarat Cuma.conſi. 59.dub.2.Dec.conſi.349.nu.8. Fallit in caſu.
23 l.cum pater,§.euictis † de leg.2. cuius caſus rõnes plures afferuntur.Nam glo.ibi inquit quòd ideo illud eſt ne creſcat inuidia inter fratres,hanc rõnem reprobat ibi Bar.Iaſ.d.§. de euictione,nu.32.tres alias refert poſt Saly. in d.l. cum alienam, nu. 10. cum ſeq.& tertiã probat,quam communem aſſerit, quæ eſt q ibi coniuncta perſona erat inſtituta hæres ſimul cum alijs, & ei erat factum prælegatum rei alienę teſtatore ignorante, tunc licet ei p legatum euincatur,tamen cohæres non teneatur de euictione,quia ei remanet emolumentum de parte hęreditatis.Hanc rationẽ ponit Bar.in d.§.euictis.& ſequitur Cyn. in d.l. cũ alienã,Ruy.aliqua diſcurrit pro intellectu d. §.euictis, in conſi.212,nu.14.lib.1. Ego ſcio quòd hodie ſalua legitima poſſunt parentes de rebus ſuis quomodo uoluerint diſponere auth.ut lic.matr.& Auię.in prin. Vnde nulla habita rõne ſanguinis, & æqualitatis ſeruandę inter filios hæredes adimplere debent pro eorum petitione defuncti uoluntatem l.cũ à

ma-

matre. C. de rei uend. Et quamuis remaneat emolumentum de portione ſua cui factũ eſt legatum, non tamẽ pro hoc adimpleretur uoluntas teſtatoris, imò potius deſtruitur: quia illud præcipuũ ante partẽ haberi uoluit à filio ſibi prælegatum, quo caſu melior ratio q̃ renda eſt. Ego ſum iſtius opinionis quòd caſus. d. §. euictis, habet hãc ſpecialitatis rõnẽ. Nam lex laborat quantum poteſt, ut ſeruetur æqualitas inter filios l. ut liberis, C. de collat. l. fin. C. cõmunia utriuſq; iud. & lex hortatur patrem quantum poteſt ad ſeruandum æqualitatẽ in filijs §. illud quoq;, in auth. de nup. inquiens Imperator, Omnes ſunt filij: ſi enim inteſtatis eis mortuis lex omnes ex æquo uocat, competẽs quoque eſt eos imitari legem. Et in illo. §. probatur illud uulgare ſecundũ Ang. ibi quòd pater non debet facere unũ filium baſtardum, & alium legitimum, & hoc ne inter fratres naſcat inuidia, quæ euitari debet. l. cũ oportet. §. 1. C. de bon. quæ lib. & me cum tacitè uidetur ſentire Dec. in l. 1. not. 2. C. un. lib. Mirum igitur non eſt ſi in illo caſu non habet locum euictio, quia illa ceſſante filij reducũtur ad æqualitatem, quam lex ubique prędicat, & hortatur fieri debere. Unde bene dicebat Alex. in d. l. cum alienam, q̃ nõ ɔcurrentibus illis qualitatibus in d. §. euictis expresſis non habebit locum eius deciſio, qua ſi ſen-

ſi ſcentiat quòd ille caſus nõ ſit extẽdendus, ſed intra ſuos limites conſeruandus;ut etiam annuit Io.Fab.in §.quod autem,nu.1.inſt.de leg.reprehendens illos qui contrarium ſentiunt,ut in extraneis quoque illa deciſio ꝓce
24 deret. Ad unum † diligenter aduertendũ cenſeo, quod dictum eſt de legato rei alienæ, cũ de iure canonico uideatur diſpoſitũ,ut hęres non poſsit pro tali legato moleſtari.c.filius, de teſta. uidet inferendum ꝙ in terris ſubiectis in temporalibus Eccleſiæ Rom. in quib. ſeruatur ius canonicũ,quòd hæc duo poſtrema axiomata Bar. nõ ſeruentur,tãquàm illa procedãt de iure ciuili,ita tenet Iaſ. in d.l.cũ alienam,in glo.C.de lega.Circa quæ uidenda ſunt quæ nouiſsimè ſcribit Didacus in d. c.filius,ubi ſolerter omnia expendit.
25 Stante quòd hæres † non teneaẽ de euictione legatario, an ſi teſtator aliquam actionẽ de euictione habuiſſet cõtra uenditorem rei alienę,teneatur hæres illam cedere legatario? Paul.de Caſt.in d.§.de euictione,col.fi.refert gl.2.in l.ſi res quam,de euict. ex qua colligit hæredem non teneri cedere actionem legatario:non poteſt tamen ſi uult.Contrariũ eſt ue
26 rius,quia teſtator † uidetu r legaſſe omnem actionem ſibi occaſione rei cõpetentem arg.l. apud Iulianum §.idẽ Iulianus,de leg.1.& facit l.in creditore,de euict.Reſpondebat tamẽ
Imo.

Imo.in d.§.de euictio.ad d.§.idē Iulianus,ſuſtinendo glo. opinionē quòd teſtator uidetur legare actionem quæ directò cōpetit pro ipſa re,ut ibi,ſed in caſu noſtro actio cedēda nō datur pro re,ſeu ad rē, ſed pro intereſſe ratione euictionis. Hoc nō obſtante Scrib. ſtāt pro opinione contra Paul. de Caſtr. quia per hoc non grauatur hæres in plus ultra mentē teſtatoris,quinimò utcūque poteſt eius uolūtatē adimplet,& in id ſtudere debet,ut uolūtas teſtatoris exitū habeat,& ita reſidet Alex. in d.§.de euictione,nu.7.quæ opinio optimè probatur in d.l.in creditore, ubi Bal. not, ꝙ
27 quis † tenetur facere quod ſibi non nocet,& alij prodeſt,& ſic illud quod prodeſt mihi, & uenditori non nocet facile impetratur.& illa eſt ratio quare beneficium cedendarum eſt introductū,facit tex.in l.mulier,qui pot.in pig. hab.Et propterea glo.pręallegata in d.l.ſi res quam,non probat illud ad ꝙ Paul.de Caſt.& Alex.illam ponderabant,quinimò probat cōtrarium,cum alleget d.l.in creditore, & dictū
28 Doct. † intelligitur ſecundum l.quā allegat Bart.in l.non ſolum §.liberationis uerbo, de lib.leg.ſubdens rationem,quod eſt inutile mihi,& alijs eſt utile cōcedi ſolet,allegat not. in l.fin.in princ.uerb.per ceſsionē.C.de iu.dot. & ſic glo.allegata ſtat pro opinione Doct. ut hæres debeat cedere legatario actionē,& om

ne ius quod defunctus habebat occaſione rei legatæ.
29 Eſt caſus † ſingularis in quo habet locũ euictio, non obſtante, quòd res aliena ignorãter extraneo legata ſit, ut probatur in l. hęres pręcepto, ad Treb. Ratio eſt ſecũdũ Pau. de Caſt. ibi quia hæres habebat retinere pro quarta, q̃ ſibi debebatur ex diſpoſitione legis, & ſic pro debito neceſſario. Secus ſi ſponte legetur, nõ pro aliquo debito: tunc ſeruatur diſtinctio d. l. cũ alienam. Vnde inferebat ibi Pau. de Caſt. quòd ſi teſtator legat rem alienam ignorãter quam putabat eſſe ſuam, animo cõpenſandi cum debitore naturali tantum cenſetur uelle illi deberi æſtimationem ſi res euincatur, ꝙ not. aſſerit.
30 Alius † eſt not. caſus ut hæres teneatur de euictione, quando teſtator legat libertatẽ ſeruo alieno putans eſſe ſuum l. Paulus, in princ. de fideicom. lib. legatum n. libertatis ualet fauore libertatis. Nec enim ignotũ eſt, quòd multa ꝯ iuris rigorem pro libertate ſunt conſtituta l. gñaliter §. ſi quis tutorem, de fideicom. lib. ex quo Alex. in d. §. de euictionẽ nu. 8. infert ad legatum ad pias cauſas, quia
31 † pia cauſa, & libertas æquiparãtur, ut probatur in l. 1. §. fi. uerſ. ad rationẽ pietatis. C. de ſer. com. manu. Bar. in l. ſi unus, n. 2. C. de teſt. Verum Alex. in loco ſupra citato in legato facto

ctò rei alienæ, piæ cauſæ, an ualeat ſe remittis ad Bal. in rep. l. 1. C. de ſacroſ. eccle. nu. 44. ubi Bal. firmat quòd non teneat, quia lex Dei uetuit c. filius, de teſta. & propterea Abb. in rep. c. cũ eſſet q. 1. in fin. de teſta. colligit ex d. c. filius, quòd legatum rei alienæ ignoranter, ſiue ſcienter factum de iure canonico nõ debetur, nec eius æſtimatio, & illud procedit de æquitate canonica quæ in foro eccleſiaſtico ſeruari debet.

32 Quid † ſi legatum non eſt factum in genere, ſed duæ res alternatiuè legatæ ſunt, una p̃ſtatur, & euincitur, an debeatur euictio indiſtinctè, ſicut quãdo legatur aliquid in genere? Dicas ꝙ ſic ita ſentit gl. in l. hæres, de euic. allegat l. quæ de legato, de leg. 1. quę optimè ſuam ſententiam probat, & hoc dictũ ſimpliciter approbat Alex. in d. §. de euictione, n. 8.

33 Nota † tamen ad intellectum omnium ſupradictorum, quòd quãdo euictio prouenit facto legatarij hæres non tenetur Imol. conſ. 82. quod etiã exemplificari poteſt in caſu in quo conſuluit Soci. Iun. conſ. 52. in 2. q. lib. 4. nouiter impreſſo, quando teſtator legauit puta Sẽpronio ut teneat de euictione, ſi Titius moleſtetur ſuper re ab ipſo teſtatore ei uendita.

34 In terminis † euictionis quatuor differẽtias ponũt Scrib. in d. §. de euictione, inter legata-

rium & emptorem quæ in pratica ſunt not.

Prima differentia eſt, quia legatarius quando agit de euictione contra hæredẽ petit rẽ legatam ac ſi nunquam fuiſſet ſibi ſoluta l. q. concubinam §. ſi hęres, de leg. 3. Emptor uerò agit actione ex empto ad intereſſe l. uenditor hominis, & l. ſi in uenditione, de euict. l. nõ dubitatur C. eo. Ratio differentiæ, eſt quia uẽditor regulariter non tenetur niſi ad tradendũ, non ad dandum l. 1. de rer. permu. l. ex empto in princ. de act. empt. ideo facta traditione ſublata eſt actio ex empto, ẽt ſi res tradita erat aliena, ut eſt gl. in l. ab emptione, de pac. propterea re euicta non poteſt amplius agere ꝯ̃ uenditorẽ ad ipſam, rem, ſed ad intereſſe. Hæres uerò in caſibus in quibus tenet̃ de euictione non liberatur ab actione ex teſtamento ꝑ traditionem rei legatæ, cũ teneatur facere irreuocabiliter accipientis, quod non facit ex quo põt euinci, ut dicit tex. in d. §. ſi hæres, ideo poteſt agi actione ex teſtamento ad ipſam rem ac ſi tradita non fuiſſet.

Secunda differẽtia eſt, quia uenditor facta traditione, & re non euicta poteſt directò cõueniri actione ex empto ut caueat, abſque eo quòd eadem res petatur l. 2. cũ gl. 2. de euic.
35 quia † iure actionis uenit cautio in cõtractu emptionis d. l. ex empto, in princ. Hæres uerò non poteſt directò conueniri ut caueat; quia

hoc

hoc uenit officio iudicis mercẽnario ut in d. §.de euictione,in fin.Ergo legatarius poterit petere rẽ legatã actione ex teſtamento , non ut eam conſequatur quã habuit,ſed ut hæres caueat l.Iulianus §.1.de uerb.obli.l.etiam,de ſolut.Ratio diuerſitatis eſt,quia actio ex empto eſt actio bonę fidei §. actionum , inſt.de act.ideo in ea ueniunt omnia q̃ æquũ eſt ueni re,& conſequenter uenit ut caueat de euictio
36 ne d.l.ex empto,in princip.ſed actio ex teſtamento eſt ſtricti iuris.l.alias, & ibi Bart.de in lit.iu.licet habeat naturam bonę fidei quoad fructus,& acceſsiones,propter moram l.in mi norum . C.de in integr.reſtitut.id propter in ea nõ ueniunt niſi illa,quæ teſtator diſpoſuit. alia uerò ueniunt officio iudicis mercẽnario ex diſpoſitione legis.

37 Tertia differentia eſt,quia † emptor nõ agit de euictione antequã res euincatur l. habere licere,de euict.& l.utique,de rei uẽd.ſed lega tarius ẽt poteſt agere antequã euincatur,ſi ꝯſtaret eſſe alienã,& eſſet caſus,in quo hæres te neretur redimere à domino,quia non eſt libe ratus ſola traditione , cum teneatur ad dandum l.cum quis §.qui hominẽ,de ſolut.& l.ſi à ſubſtituto §.hæres,de leg.1.

38 Quarta differentia eſt,quia † legatarius cũ habeat rẽ titulo lucratiuo debet denuntiares ante litẽ ꝯteſt. emptor uerò qui habet titulũ ẽ

onerofum pōt denuntiare quādocūque ante ſententiam,dummodo defenſiones ſint ſaluæ Bar.poſt gl.ibi & in l.ſi rē quā §. fi. de euict. in l.qui concubinam §.ſi hæres,de leg.3.

Quid in datione in ſolutum,an in ea habeat locum euictio? Videbatur dicendū quòd nō per dictū Spec.in tit.de emp.& uendi.§.nunc dicendū il 2.uer.ſed pone ſtatutū,quē refert, & ſequitur Alex.conſi.76.col.3.lib.5.dicēs ꝙ
39 ſi ſtatutū † concedit facultatē uicino,uel con ſorti ut poſsit rē uenditam recuperare, nō habebit locum ſtatutū in donatione in ſolutū.

Secundò facit quod not.ponit Fulg.conſi. 134.in quæſtione uerſa &c.col. 3.ubi inquit, ꝙ illud quod dicit̄ in c.illo uos,de pig.de cōtractu uenditionis, ꝙ p̄ſumatur ſimulatus in fraudē uſurarū ex modicitate pretij,& pacto de retrouēdēdo,nō hēt locū in datione ī ſolutū,q̄a illa nō eſt uera,& directa uenditio.

Tertiò prçſtat argumentum illud quod ponit Dec.conſ.18.col.2. ꝙ in contractu uenditionis pretij numeratio interuenit , & ꝯctus uoluntarius eſt.Datio inſolutū uidetur neceſſaria,nec pretij numeratio interuenit,ergo de uno ad alterū nō uidet̄ poſſe inferi,quia ex diuerſis nō fit illatio l.Papinianus exuli, ꝺ min.

Quartò quia ſi idē eſſet uenditio, & datio Inſolutum, diuerſo nomine non appellarent̄, arg.l.ſi idem.C.de cod.

Vlti-

242

Vltimò ſi utraque idem eſſet fruſtatoria eſ-
40 ſet † Bart.cautio quã ponit in l.ſi quis aliã,de ſolu.& ſequit̃ Cepol.caut. 168. ſi aliquis &c. Saly.in l.libera,prima oppo.C. de ſent. & interl.om.iud.dicens ꝙ qñ debitor tuus vult tibi dare aliqd inſolutũ ꝙ tu creditor recipias cũ reſeruatione, & proteſtatione,i.ꝙ tu nõ intendis per illã dationẽ in ſolutũ recedere ab hypotheca, neq; ab obligatione fideiuſſorũ, Nã ſi tũc res euinceret̃,duraret obligatio hyhypothecę,& fideiuſſorũ:alioquin nõ l. cũ ea cõdõne §.creditor,de euic.tenebit̃ tñ cedere actionẽ ſm gl.ibi allegat l.in creditore,illo ti.

Verũ his non obſtantibus in propoſito noſtro contrarium eſt uerius,quòd imò euictio habeat locum in datione in ſolutum.

41 Primò quia † datio in ſolutũ dicitur uẽditio;& hoc clarum eſt capiẽdo uenditionẽ largo modo, quia lex 12.tab.emptionis,& uẽditionis uerbo omnẽ alienationem complecti uoluit l. ſtatu liberi à cęteris §.quint.Mut.de ſta.lib.& l.ſicut §. uenditionis,quib.mo.pig. uel hyp.ſol.Idem etiam dicendum, ſi uenditio in ſpecie accipiatur.

Hoc probatur primò, quia datio in ſolutũ ſimilis eſt uẽditiõi l.fi.ex quib.cau.in poſ.ea.

Secundò propius ad materiã noſtrã accedẽdo probat tex.in l.ſi prædiũ.C.de euict.ubi dicit̃ ꝙ datio in ſolutũ uim obtinet uẽdõnis.

Tertiò ꝓbat tex.in l.elegăter,in prin. de pig. act.Ioan. de Amicis conſi.120.nu.8.Cuman. conſi.29.ſecundo dubio, Rub.conſi.5.num. 7.Soc.Iun.conſi.41.nu.14.lib.3. Natta conſi.207.nu.3.Riminal.pulchrè conſi.586.libr. 3.Io.Cephal.conſi.98.lib.1.& conſi.9.nu.21. cum ſeq. lib.2.

Quartò ita arguit Bar.in l.1.§.cum prędiū de pignor.ubi dicit quòd dare in ſolutum eſt uēdere.allegat d.l.fin.ex quibus cauſ.in poſ. ea.& l.3.pro emp.

Vltimò facit,quia ſicut emptor debet denū tiare uenditori litem eſſe motā,ita ēt ille q̄ recipit in ſolutū not.Bar.Bal.& Sal.per illū tex. in l.libera.C.de ſent.& interlo.om.iud.& hoc modo de datione in ſolutū ad uenditionē arguit Bar.in l.ſi pupillorū §.ſi prætor, de reb. eorum Fulg.conſi.137.quia ex facto &c. col. pen.in fi.& conſi.190. uiſis toto proceſſu &c. col.2.Dec.conſ.586.& conſi.592. & hanc partem tenet,& ſequitur Anto. Burg. in d.c.fi.de emp.& uend.nu.25.

Non obſtant in cōtrariū allegata,quia illa procedunt in materia odioſa,& pœnali. Abb. in c.1.col.1.de his quæ fiunt à præl.Ant.Bur. in rub. de emp.& uend.nu.20.Et quod dictū eſt de cautione Bar.quādo inſtruit creditorē ut ſibi reſeruet primeuam actionem, ſemper utilis eſt,quia duplex remedium ſibi cōpetitr

per

per talē reſeruationē, ſcilicet, primeua actio, & utilis ex empto actio.d.l.eleganter, in prin. de pign.act. Sed prior pinguior eſt, quàm ſecūda, cū per illam conſultum ſit creditori, etiā cōtra tertios poſſeſſores, qui emerūt poſt creditoris obligationem facit l.Moſchis, de iure fiſci.

Vel reſponde cōtrarijs argumētis. Demus
42 † quòd euictio habeat materiam odioſam, ut ſupra cōcluſum fuit in præfatione.q.2.ex parte obligati: nihilominus cū lex expreſſè etiā loquatur in datione in ſolutū l.ſi prędium.C. de euict.non eſt amplius ambigendum Alba conſi.2. nu.12. Idem eſt in datione in ſolutū facta auctoritate iudicis Affl. deciſ. 8.nume. 4.Bertrand.conſi.298.lib.3.par.1.

43 Quid in contractu † permutationis; an in eo locū habeat euictio.& ſimiliter in alijs ꝯtractibus innominatis? Dicēdū eſt quòd ſic, quia permutatio uicē obtinet emptionis., ut dicit text. in l.2.de rer. permut.& eſt ſimilis uenditioni l.fin.quib.ex cauſ. in poſſ.ea Affl. deciſ.399.nume.2.fuit latum &c. Vnde ſi ſimilis non eſt idem l.quod Nerua, depoſ. & ꝓpterea ſi in ſtatuto ſit mentio de emptione, & uenditione, nō cōtinetur permutatio Specu. & ibi Ioan.And.in tit.de empt.& uend.§.nūc dicēdum, uerſ.ſed pone ſtatutum &c.quia ſtatutum dicitur eſſe ſtricti iuris, & non operat

 ul-

ultra.uerba l.quod cõſtitutum,de milit.teſta. cum ſimil.ita tenet Bal.Alex. & Iaſ.in l.fi.no. 3.de cond.ob cauſam. Verum in terminis noſtris quòd in permutatione g habeat locũ euictio probat text. in l.1.C.de rer.permut.Dec. conſ.281.col.1.& conſ.555.nu.10.Ant.Burg. d.c.fin.de emp.& uend.nu.25.facit tex.in l.ſi pmutationis.C.de euic.ubi Bal.no.arg.illius tex. quòd in cõtractibus innominatis habet locum euictio Soc. Iun.conſi.84.nu.5.libr.2. Ruy.conſi.94.nu.6.lib.1.eſt bene differentia inter permutationem,& uenditionẽ circa dã
44 dam actionem re euicta.Nam † euicta re tradita ex cauſa permutationis datᷣ actio pſcriptis uerbis.l.naturalis §.1.de pſcri. uerb. Alciat.l.ſi pro fundo,in figuratione caſus.C.de trãſ. in contractu uenditionis datur actio ex empto ſecundum Pau.de Caſt.in l.1.nu.4.de rer.permut.cuius ſententia optimè probatᷣ in d.l.1.C.de rer.permut.illis uerbis,ad exẽplũ ex empto actionis &c.& quãuis in contractu emptionis nondum euicta re agi poſsit l. qui
45 rem.C.de euict.tamen † in permutatione ſtatim agere poſsũ,ſi imminet periculũ euictionis,ac ſi non tradidiſſet l. fin.de cõdit.ob cauſam. Pau.de Caſt.d.l.1.de rerum permut.numero 11.
46 An † in tranſactione habeat locũ euictio? Huius reſolutio habetᷣ in l.ſi pro fundo:C. de
tranſ.

tranſ.ub concluditur,quòd pro re quę dimittitur ex cauſá tranſactionis, non debetur euictio quia,nō id actū eſt ut eius fundi dimiſsi dominus fieres, ſed ut penes ſe qualiſcunque dimitteretur.Soc.Iun. conſi.84.nume. 26. & conſi.98.num.16.lib.2.Cremenſ.ſingul.131. uolo dare &c.Bertrand.conſi.1.num.55.parte prima. Secus in illa re quæ traditur tranſactionis nomine, in qua debetur euictio: non tñ prima actione amplius agi poteſt (idque ſpeciale eſt in tranſactione ut ſit litium finis) ſed pręſcriptis uerbis actione Scrib. in d. l. ſi pro fundo, Rip.poſt alios in l. naturaliter §. nihil commune,nume.121.cum ſequen.de acquir.poſſ.Anto.Burg.in d.c.fin.de emp.& uẽdi.nu.26.Intellige omnia ſupradicta ſecũdū Rubeum conſil. 152. & Goz. conſilio 94.numero.40.

Quid † in iure patronatus ſeculari? & Bal.
47 in l.1.in fin. C.de peri.& cōmo.rei uẽdi.tenet quòd ſi euincit ius patronatus, cōpetit actio pro euictione, allegat text. not. in l.Titius,la prima de actio.empti. ita illum tex. not. ibi Barto.& admonet ibi Paul.de Caſt. nu.2.ꝗ licet ille qui habet ius patronatus, nō dicat ex hoc locupletior ut l.naturalis,in fi.de pręſcriptis uerb.& ſic propter hoc non poſſet onere pecuniario grauari,ut l.planè,la ſecũda §. fi. de legat. primo: ſi tamen ſibi aufertur cenſet

 fieri

fieri pauperior ut ſic poſsit agere de euictione.d.l.Titius,quod diligenter not.eſt.Dec.cõ ſi.483.nu.15.

Quid in iure patronatus eccleſiaſtico?Idẽ
48 † uidetur dicẽdum. Facit in argumentum ꝙ ponit Iaſ. in d. §. de euictione,nu. 11. dicens ꝙ ſi epiſcopus, uel alius prælatus confert uni beneficiũ eccleſiaſticũ,ꝙ erat alteri debitũ,tenetur illo euicto prouidere illi de ęquiualẽti beneficio,ut eſt tex.ualde not.in c.inter cætera in fi.& ibi Abb.not. ult.de præb.Rebuf.tit. de recuſ.art.ſecundo gloſſ.1,nu.3.tom.3. intellige hoc ſano modo,quando collator eidẽ teneretur cõferre,uel in uim mandati apoſtolici, aut nominationum dict.capit. inter cætera, Rebuf.tract.nomin.q.19.uerſic.2.alioquin non.idem Rebuf.tit.de dilat.art. 2.gl.1. nu.34.tom.3.& quomodo cõtingere poſsit, ut iuſpatronatus eccleſiaſticum euincatur exẽpſificari põt in l.in modicis, de cõtrah. emp. in l.quædam,de acquir.rer.domi.in c.cũ ſecu lum, &c. ex literis,de iur.patr.Sicut n. in dictis iuribus habet,ꝙ uẽdita uniuerſitate bonorũ tranſit ius patronatus ibi exiſtens,ita põt ɔtingere ſi euincatur dicta uniuerſitas bonorũ & ius patronatus,euincatur, ut & hoc reſpectu ɔtingere põt euictio in iure patronatus eccleſiaſtico. Vide in ſimili Soc.Iun.conſi.51.& conſ.79.li.2.Ferret.conſ. 134. & conſil. 179.

Paul.

Paul.de Cittad.tract.iuriſpatr.par. 9.q.3.Eſt uerum quòd ius patronatus de per ſe uendi nō pót.c.quia clerici,de iurepatr. & cōſequē ter euictio locum habere non poteſt,argu.l.ſi fundum C. de euict. & l. quemadmodū C.de agric.& cenſ.lib.xj.quinimò emptor ſcienter emens amittit pretium,& applicatur eccleſiæ Abb.c.de iure,de iu.patr. Roccus Curt. trac. de iur.patr.§.fi.nu.52.c.de hoc,ubi not.d. ſy mo.Bar.in §.& hāc,in authen.qūo oper.epiſ.

An in feudo [h] locū habeat euictio? Bar.in l.ſi plures,nu.11.C.de cōd.in fer. tenet quòd
h in feudo debetur euictio,& nihil allegat. Idē Bal.in c.1.in prin.nu.22.de prohib.feud.alie.
49 per Feder.† tenet contrarium quòd non debeatur euictio,qñ feudū alienari non poteſt. quo caſu ſi alienetur,cum fiat cōtra legem,ſicut principalis eſt cōtra legem, ita & euictio quæ eſt acceſſoria l.non dubium. C.de ll.quæ ſententia infraſcriptis ſimilibus probatur.Primò per tex.in l.neceſſario §.fi.de peri.& com. rei uend.ubi probatur quòd ſi uſufructuarius uendat commoditatem utēdi,& fruendi,mortuo uſufructuario extinguit, nec emptor habet regreſſum contra hæredes uſufructuarij pro euictione, quia illud contingit ex natura rei. Aymo conſ.211.ubi quibuſdam exornat. Secūdo per tex.in l.ſi ſeruus,in prin.de euic. ubi diſponit, quòd ſi ſeruus uenditus deceſſerit

rit antequam euincatur, ſtipulatio non committetur,quia nemo eum euincit, ſed factum humanæ ſortis. Tertiò per tex.in l.ſi quis domum §.fi.loc.& hoc ideo eſt,quia emptor ꝓſpicere debuit hoc euenire poſſe, & cum hac opinione pertranſit Rom.ſing.ubicunque fit
50 euictio &c.in antiqs.Mirũque non eſt:quia † cũ emptio fiat ꝯ legis interdictum. non tenet Tiraq. de retract.proxi.§.12. glo.1.num.12. Rub.conſ.152.Non obſtat.l.ſi fundum C.de euict.quia ibi contractus non erat contra legem,licet eſſet ſuper re aliena,cum rei alienę alienatio ſubſiſtat l. rem alienam, de contrahen.empt.Intellige ſano modo quòd non datur actio pro euictione etiam ad pretium; ut ita demum procedat ſi ſciebat emptor rem illam non poſſe alienari: ſecus ſi ignorabat Card. Zab.in clem. 1.in prin.q.25.de reb.eccl.non alien.& ita etiam cum opinione Bald. tranſit. Curt. Iun.tract.feud.par.4.q.28.aſſerens hanc eſſe communem doct. opinionem. Paul. de Caſt. in l.ſi familiæ,numer.4.C.fam.
51 hercíſ.Et quomodo † bona feudalia poſsint obligari pro euictione ponit Afflict . deciſ. 286. Iacobus . &c. ubi concludit quòd poſſunt obligari cum conſenſu Domini ; & euicto feudo teneretur Fiſcus prouidere feudatario de excambio, iuxta.no. in c.1 . de inueſt. de re alien. fac. maximè quando ob merita

l.Aqui-

l. Aquilius, de donatio. Capy. deciſ. 197. nume. 8.

Quid in diuiſionis contractu dicendũ? Ponunt doct. in l. cum pater §. euictis, de leg. 2. & Scrib. in l. qui Romę §. duo fratres q. ult. Bar. de uerb. obli. adſunt duo iura magiſtralia in l. ſi familiæ. C. famil. herciſ. & in l. ſi fratres. C. communia utriuſque iud. & ibidem Scrib. Tu cõclude ſecundum diſtinctionem Rip. in d. §. duo fratres q. ult. Cohęres non tenetur cohæredi de euictione pro re euictã, q̃ ex diuiſione teſtamentorũ illi obuenit glo. Bald. & alij in d. l. ſi familiæ. Ratio eſt quia diuiſio teſtatoris habet uim ſpecialis legati l. quid ergo, la ſeconda de leg. 1. hæres autem pro ſpeciali legato nòn tenetur de euictione l. à ſubſtituto §. 1. de legat. 1. ergo etiam nòn tenebitur. pro re euicta, quæ ex diuiſione teſtatoris alteri obuenit. Eſt iſta eſt communis opinio.

Cohæres teneť de euictione cohæredi cui res euicta obuenit ex diuiſione facta ab ipſis cohęredib. d. l. ſi fratres, quia diuiſio quę fit à partibus uicem obtinet permutationis. l. cómuni diuidũdo §. ſi debitor, cómuni diui. Soci. Iun. conſi. 119. nu. 14. & 28. lib. 3. Curt. ſen. conſ. 63. in quarta differentia, col. pen. Rom. conſi. 457. colum. 2. Alexand. conſi. 21. lib. 5. Quod procedit, ét ſi ſit facta diuiſio à iudice

d. l.

d.l.ſi familiæ,quia factũ iudicis reputatur factum patris.l.ſi ob cauſam C.de euic.Hæc cõcluſio intelligitur tribus modis,primò ut nõ procedat quando portio alterius eſt in eadẽ euictionis cauſa ſm Bald. Paul. de Caſtr.in d.l.ſi familiæ.Secundò ut non procedat in diuidentibus, ſciẽtibus rẽ diuiſam ſubiacere periculo euictionis,nam inter ſcientes nõ datur actio de euictione l. ſi fundum . C.de euict.& d.l.ſi fratres Goz. conſi.58.nu.6. & 23.plenè diſcutit Ruy.cõſ.146.lib.1.Curt.Sen.in ſupra citato conſ.col.pen.Aymo conſ.211.num.7. Dec.conſi.411.in fin.idem Ruy.conſi. 10.nume.14.& conſ.14.nume.5.lib.1.Tertiò ut nõ procedat ubi actum eſt quòd nullus tenereẽ. d.l.ſi familiæ. Ex quibus breuiter colligi põt quando in contractu diuiſionis habeat locũ euictio & quando non.

52 In pignore † habet locum euictio per ius offerendi, ut probatur in l.1.ſecũdo reſp.C. ſi antiq.cred.Affl.decif.8.quidam.&c. & deciſ. 16.fuit in relationibus &c.

54 An † & quando in inſtrumẽto ceſsionis habeat locum euictio uide Paul.de Caſtr.conſi. 207.uiſis omnibus &c.lib.1.Corn.cõſ.61.nu. 24.lib.3.

55 In emphyteuſi † habet locum euictio ad ſimilitudinem uẽditionis,not.Scrib. in c.1.de inueſt.de re alie.Fac.Alb.l.habebat §.fi.de in

ſtit.

ſtit.Bertrand.conſi.312.lib.3.par.2.

56 In litis † ęſtimatione ſoluta an habeat locum euictio? diſtingue ex intentione Dy.in regul.pro poſſeſſore, de reg.iur.in 6. q. 1.& 2. Barto.in l.litis,pro emp. q.2.& 3.Rip.poſt alios in l.in depoſiti,nu.3. de re iud.

57 In locatione & † conductione l. ſi quis domum, [1] in princ.loca.

SVMMARIVM.

1 *Emptor regulariter agit de euictione.*

2 *Quem de euictione tenet actio. & c.limitatur quatuor modis.*

3 *Euictio nō procedit in uno, & quinquaginta caſibus relatis hic per ordinem.*

4 *Quando emptor omiſit denuntiare.*

5 *Si emptor fuit contumax, intellige ut declaratur.*

6 *Si ſententia lata eſt per imprudentiam, ſeu iudicis iniuriam.*

7 *Iniuria facta per iudicem emptori reputatur caſus fortuitus.*

8 *Imprudentia iudicij culpa iudicis eſt.*

9 *L.ſi per imprudentiam, uidetur continere iniquitatem.*

10 *Eſt conſultum actori aduerſus iudicem.*

11 *Venditor non tenetur de caſu fortuito.*

12 *L.ſi per imprudentiam, non procedit in Fiſco, & Rep.*

13 *Sententia lata per iniuriam iudicis non nocet emptori*

ptori quãdo uenditor erat inimicus iudicis. quod intellige ſano modo nu.14.

15 Quando emptor compromiſsit non procedit euictio. intellige quatuor modis & amplia duobus. nu.16.17.18.19.20.21.

22 Si de facto extra iudicium emptor perderet rem, ceſſat euictio.

23 Futurus caſus euictionis poſt uenditionem ad emptorem.

24 Princeps tenetur aliquando de facto defendere.

25 Non debetur euictio quando conuentum eſt uenditorem non teneri.

26 Expenditur intellectus l. qui libertatis, in princ. de euict.

27 Mutua remiſsio euictionis includit etiam pretium.

28 Cautela ad tollendum omne dubium.

29 Quando emptor ſua culpa non uſucepit, euictio nõ procedit.

30 Similiter quando uniuerſitas rerum uenditur, & res particularis euincitur.

31 Idem in ſcienter emente rem alienam.

32 Nouus intellectus ad l. fina. §. fina. C. communia de leg.

33 Quando euincitur res ſecundum propriam naturam. intellige duobus modis nu.34.& 35.

37 Quando creditor uendit ius quod in re habet, non tenetur de euictione, niſi expreſſe ſe obligaſſet, uel ſciret rem eſſe alienam num.38.39.

Si

40 *Si emptor habuit inexpertum aduocatum.*
41 *Si non appellauit emptor.*
42 *Si ſuccubuit ex cauſa ab ipſo trahente originem.*
43 *Pro ſuo facto tãtum non excludit factum auctoris ſui intellige. nu.44.*
34 *Quando auocatur ſola poſſeſſio.*
45 *Venditor non tenetur de euictione quando iudex inordinatè proceſsit.*
46 *Quid ſi remiſſum fuit ius denuntiandi reſpectu inquietudinis facti.*
47 *Quando emptor ſe tueri poteſt exceptione præſcriptionis.*
48 *Quando imminet euictio in limine contractus.*
49 *Tunc præſtatur cautio de dupla cum fideiuſſore.*
50 *Si emptor ſua culpa cecidit à poſſeſſione.*
51 *Quando euinco rem ex facto ſuo uel ſui auctoris.*
52 *Cum uitium rei uenditæ poſt contractum ſuperuenit.*
53 *Si emptor domino rei uenditæ hæres extitit.*
54 *Quid ſi dominus rei ſuccedit emptori.*
55 *Quid ſi emptor erat dominus rei quam ignoranter emit.*
56 *Quando res euincitur facto Principis.*
57 *Cum promittitur ſeruum noxa ſolutum.*
58 *Si res uendita pereat antequam euincatur.*
59 *Cum res in iudicio euicta non eſt.*
60 *Pro re euicta dependente à uendita.*
61 *Si res uendatur ex neceſſitate officij.*

Quando

62 *Quando pro parte res perijt.*
63 *Quando emptor non eſt ſecutus conſilium uenditoris.*
64 *Pro pignore euictio debitoris ceſſi.*
65 *Quãdo pacto remiſſa eſt euictio. intellige tribus modis nu.66.67.68.*
69 *Eorum quæ tacitè inſunt non debetur euictio, niſi ut infra nu.70.71.72.73.*
74 *Pro re pro derelicto habita.*
75 *Quando emptor præſtitit cauſam rei amittendæ.*
76 *Non tenetur ſi tacuit cauſam quam ignorabat.*
77 *Re non tradita non procedit euictio.*
78 *Pro re uendita cauſa ludi cum diſtinctione ut numero 79.*
80 *Quando emptor ſuccedit uenditori, uel econtra.*
81 *Quando datur res in dotem domino rei.*
82 *Pro re donata incipiente à traditione.*
83 *Pro re in ſpecie legata.*
84 *Cum euincitur pars ſerui.*
85 *Pro bonitate contingẽte in re tempore euictionis.*
86 *Non agitur pendente interim controuerſia.*
87 *Dictum Matth. not.50. reprebenditur.*
88 *Fiſcus nunquam in contractibus fiſcalibus tenetur de euictione.*
89 *Venditor non tenetur de euictione ante ſolutum pretium ab emptore.*
90 *Quando res euincitur remedio extraordinario.*
91 *Si uenditio reſcinditur remedio. l.2. C. de reſcind. uend.*

§. 5. In quibus caſibus euictio locum non habet.

1 EMPTOR † regulariter agit de euictio ꝯ uenditorem re euicta l.euicta re, & l.uenditor,de euict.l.nō dubitatur l.emptor l.ſi cum q̄ſtio l.qui rem C. eo. l.tenetur §.ſi tibi iter,de act. emp.Affl.c.1.n.1.cum alijs ſeq.ſi de feud.uaſ. ab alijs fuer.interp.& in c.1.nu. 22.de contr. int.uaſ.& alios Didacus lib.3.uaria.reſolu.c. 17.in prin.Ratio eſt ſecūdū Abb.& Ant.Bur. in d.c.fin.not.ult.de emp.& uend.quia uenditor tenebatur rem tradere cū effectu.l.ex empto,de act.empt.Soc.Iun.conſi.84.nu. 19.li. 2.Et adeo uerum eſt quòd ſi emptor à ſeipſo ſibi euinceret poterit ēt agere de euictione.l. Iulianus §.ſi fundum,de act.emp.l.ſi ei §.1.l. ſi uendideris, & l.non tamen , de euict.imò ſi ſibi mota ſit lis ab alio, pôt agnoſcere bonā fidē,& nihilominus agere de euictione Affl. deciſ.49.cōuenitur.Ergo & cum à ſeipſo, Neuiz.conſ.37.nu.11.Quod intellige etiam ſi iure ſpeciali fuerit euicta,ut ſi beneficio reſtitutionis in integrum.uel alio quocunq;iure ſpeciali l.Minor 25.an.in prin. ubi Bar. de euict. Aget tamen de euictione hoc caſu quoad ſimplam, ſtipulatio uerò duplæ nullo modo cōmittitur,glo.eſt ſingularis in uerb.reſtitui,in d.

l.minor,quod bene not.propter l.dudum C. de contrah.emp.Et adeo uerum eſt quòd uenditor tenetur de euictione,quòd ſi ageret cōtra emptorem repelleretur exceptione, quē
2 † de euictione tenet actio,eundem agētem repellit exceptio l.uendicantem,de euic. Rom. conſ.457.col.2.Cur.Sen.conſ.63 4.difficultate.Io.de Amicis conſi.3.nu.13.Ryminal.cōſ. 39.num.37. conſi.77.nu.7.& conſi. 191.n.25. lib.1.Bertrand.conſi.235.nu.8.lib.4.& conſ. 53.nu.1.eo.lib.Bellon.conſ.24.nu.13.Quam regulā limita quatuor modis ſecūdum Rip. in l.qui Romæ §.duo fratres,n.43.de uer.ob.

Primò ut non procedat quando agens habuit cauſam ab eo,uel auctore eius,cōtra quē agit,ſi ipſius,uel ſui auctoris facto ſecuta fuerit euictio,Soci.Iun.conſ.116.nu.61.cum ſeq. & conſ. 128.nu.113.& 131.lib. 1. Exemplum uēdidi tibi fundum quem prius alteri obligaueram,poſtea ego illum reemi à te,contingit quòd tibi illud ius quod alteri conſtitueram ceſſum fuit, agis contra me ratione illius iuris tibi ceſsi, ego non poſſum te repellere exceptione illa quem de euictione &c. quia facto contingit meo hęc euictio,nō autem tuo, qui nūc agis,& antea uēdidiſti propter illud ius quod antea ſuper iſta re conſtitueram l. fundum meum,de euict.

Secundò limita ut non procedat ubi cōtra

ctus

ctus non ualuiſſet alterius quàm uendẽtis oc caſione,ſeu defectu l. ſi tibi.C.de euict.ubi uẽ ditio non ualuit non fauore uendentis,ſed fa uore perſonæ,quæ uẽdebat, quæ libera erat: & tamen licet uenditor teneatur de euictione tñ illũ agẽtem non excludit exceptio,ut Bal. & Saly.ibi not. Et in ſimilibus terminis Alex. ꝯſ.19. col.2.lib.4.conſuluit quòd maritus, q tenetur de euictione rei dotalis per ipſum uẽ ditæ,poteſt uenire contra contractum,& uen dicare,quia prohibitio alienationis rei dota-lis eſt facta fauore mulieris l.1.§.& cum lex. C.de rei uxo.act.

Tertiò limita ut non procedat in caſu. l.fi. C. de euict. quia ſecundum Bal. ibi, quem de euictione tenet actio hæreditario nomine,eũ dem agentem proprio nomine nõ repellit ex ceptio. Intellige in eo quẽ de euictione tenet actio acceſſorio nomine,nõ principali,ut nõ obſtet.l.ſiue poſſeſsio, ubi Saly. C. de euic.& ibi probatur, ꝙ quẽ tenet actio de euictione hæreditario nomine, eundem proprio noĩe agentem, repellit exceptio, & ſic intellige ibi principali,nõ acceſſorio,ut in d.l.fi. Ratio dif ferentiæ eſt quia hæres principalis obligati fa ctũ eius approbare debet l.ex qua perſona,de reg.iur.nõ ſic in hærede acceſſoriè obligati ueluti fideiuſſoris ꝯtingit,quis de euictiõe te neat,cũ ipe acceſſoriè obligatus nihil fecerit,

ſed facto à principali obligato cũ promiſsione acceſsit §.fideiuſſoris,inſtit.de fideiuſ. Vnde not.infert in pratica Bal. in d.l.ſiue poſſeſſio. Not. iſtam legem, quia quandocunque patres uendunt res matris,quia remanſerunt filijs iure hæreditario,ille cõtractus ab initio non ualet ut l.1.C.de bon.mat.Tamẽ ſi filius adijt hæreditatẽ patris,ualet uenditio:intelli ge non facto inuentario.l.cã à matre C.de rei uend.l. fin.§.in computatione C.de iu.delib. quod perpetuò not.

Vltimò limita, ut nõ procedat in caſu,quã do fratres diuidunt bona feudalia inter ſe, & promittunt ad inuicem de euictione, & ſe liberant, & renuntiant omni iuri quod habẽt ĩ feudis,uel habere ſperant: quia per hoc nõ ui dẽtur refutare,& promittere in caſu quo feu dum de ſui natura reuerteretur ad alterum. Curt. ſen.conſi.49.colum.65.uer ſ.ad x.argu. Socin. Iun. conſi. 119. numer.3.lib.3. Aret. conſi.2.

3 Supradicta regula fallit † in multis caſibus, unũ & 50.collegimus uarijs in locis ſparſos, ex quibus quadraginta duos enumerat Affl. in ti.quib.mod.feud.amit.§.rurſus ſi fideles. quos omnes diligẽter examinabimus, ſicut nñri ingenioli ſubminiſtrabunt uires. Attẽde diligenter quia not.ſunt.

4 Primus † eſt quando emptor omiſit denun-

tiare

tiare litem uenditori l. 1. C.de peric.& com. rei uend.l.emptor C.de euict. c.fin.de emp. & uend.Ratio eſt ſecundum Abb.ibi,quia uēditor ſciuiſſet melius rem uenditam defendere. cū magis ſit certus,& inſtructus de iure ſuo. Vnde præſumit quòd emptor perdiderit cauſam propter ignorantiā iuris uēditoris. Emptor n. poteſt uti iuribus uenditoris.d.l.emptor.Intellige hunc caſum cum ſuis requiſitis q̄ late ſupra explicauimus in §.3. in princip. uidelicet,quòd denuntiatio fiat etiam ſcienti litem motam, quòd requirat,& incitetur ad ſuſcipiendā litem,quòd detur illi copia libelli auctentica,quibus non interuenīētibus,uel altero illorum deficiente procedet caſus iſte, quia paria ſunt non facere,uel minus bene.l. quoties, qui ſatiſd.cog.& his adde Didacum lib.3.uar.reſol.c.17.illat.1.

5 Secundus eſt † ſi emptor fuit contumax tēpore ſententiæ latæ.l.ſi ideo,de euic.d.c.fi.de emp.& uend.Corn.conſi.326.col.2.lib.1.Capy.deciſ.106.nu.4.Dec.conſi.74.col.3.Rimi-nal. conſi.147.num.8.lib.1.& conſi.274.li.2. Ratio eſt ſecundū Abb. in d. c. fin. quia data contumacia emptoris ſententia uidetur data contra eum , non propter defectum iuris,ſed propter negligētiā ſuam, ideo imputari ſibi debet,& nō uenditori Cremen.ſing.88.ſi emptor &c. Et propterea dicebat Ang. in d.l.ſi

ideo, & poſt eum Saly.not.2.quòd iſta eſt mi rabilis præſumptio,quòd abſens qui ſuccũbit uideatur potius ſuccumbere ex eius cõtumacia,quàm propter defectum iuris.Intellige ſano modo hunc caſum ut declarat Bar.in l.ſi ſuperatus,de pign.quando emptor paſſus eſt cauſam eo cõtumace liquidari; tũc enim magis ex contumacia,quàm quia bonã cauſam nõ habuit uidetur ſuccumbere, Rebuf.tit.de dilat.art.5.glo. un.nu.18. Sed ſi totã cauſam pertractauit præſens,licet in ipſo actu ſentẽtiandi fuerit cõtumax, nihilominus habebit actionem de euictione contra uẽditorẽ, quia eius pręſentia illo actu prolationis ſententię nihil profuiſſet.l.ſi rẽ §.fi. de euict. cnm Bar. ſentiũt Saly.in l.1.q.ult.C.de peric. & cõ. rei uend. & in l.emptor, nu.7.C.de euict.Dec ꝯſ. 34.n.3.Rubeus in d.§.morte,n.469. Didacus loco ſupra citato illat.9.Abb.conſ.45.n.2.li. 2.Subdẽs ex intẽtione Bal.in l.res inter alios C.quibus res iud.nõ noc.quòd ſi ex inſpectione actorum poteſt apparere,quòd abſens ꝯtumaciter iuſtè ſuccubit,non habet nocere ſententia condemnationis,Bal.in l.2.C.de ꝯtrar. iud.tut.Et propterea ſecũdũ Rub.in d.§.morte,nu.præcitato poterit probari ꝑ emptorẽ. ꝙ ſuccubit propter defectum, iuris probãdo ſe ſuccubuiſſe propter exceptionẽ ex ꝑſona uẽditoris ſibi obſtantẽ,uel probãdo ſentẽtiã

latam

latã ex falſis allegationib. arg. l. ſed ſi ex utriuſq;, de euic. & l. ſi ptor. §. Marcellus, & ibi gl. de iud. Matheſ. not. 18. Idẽ erit ſi emptor fuit abſens ex iuſta cauſa, quia tũc ſibi talis ſentẽtia nõ nocebit, Bal. in c. 1. in fi. ſide feud. Vaſ. abal. interp. fuer. allegat glo. 2. in d. l. 2.

6 Tertius. caſus eſt † ſi ſententia fuit lata per imprudentiam, errorem, uel iniquitatẽ iudicis l. ſi per imprudentiã, in priu. de euict. l. emptor fundi. C. eo. d. c. fin. de emp. & uend. Bal. conſ. 460. in fin. libr. 4. Corn. conſ. 325. col. 2. lib. 1. Ruy. conſ. 171. lib. 4. Ratio eſt ſecundũ
7 Abb. in d. c. fi. quia † iniuria facta emptori reputatur quidam caſus fortuitus; ita etiam imprudentia iudicis c. 1, de nou. form. fidel. ibi iniuſtè, uel fortuito caſu &c. qui non imputaẽ uenditori imò ſtatim poſt factam emptionẽ res uẽdita perit emptori l. neceſſario, de peri. & com. rei uend. l. 1. C. eo. §. cum autem, inſtit de emp. & uend.

Circa iſtũ caſum eſt aduertẽdum quia gl. in d. l. ſi per imprudentiã, intelligit hoc, quãdo emptor fuit cã iſtius iniuſtitiæ: aliàs poſſet agere de euictione, eadẽ tamen gl. in l. exceptione, & ibi Bar. & Pau. de Caſt. de fideiuſ. & idem Bar. in d. l. ſi per imprudentiã, quẽ ibi Saly. ſequitur, cõcludũt cõmuniter, ꝙ ſiue ſit culpa emptoris in ſententia lata ꝑ iniuriã iudicis, ſiue nõ, imputaẽ ſibi tãquã caſus fortui

tus non autem ipſi uenditori. Ratio eſt ſecun
8 dū Bar.quia † imprudētia iudicis culpa iudi
cis eſt (imperitia enim culpę annumeratur.l.
imperitia,de reg.iur.)& eius qui fecit eum iu
dicem in illo officio. Et ideo non datur re-
greſſus ipſi emptori contra uenditorem, cum
caſus fortuitus ad ipſum ſpectet.Hoc dictum
mihi uidetur ꝯ expreſſa uerba tex.d.l.exce-
ptione,ubi dicit quòd iniuria iudicis nocet,
ſi culpa illius qui dānatus fuit illud accidit.
Vnde præfati docto.ut utramque opinionem
ſaluent,dicunt,quòd in ſententia lata contra
fideiuſſorē per iniuriam iudicis, illius culpa
fideiuſſori non nocet, & ita procedat quod
diſponitur in d.l.exceptione. Ratio differētię
eſt,quia in cauſa euictionis res pertinet prin-
cipaliter ad empt. d.l.neceſſario, nō immeri-
tò ſi omne periculū ipſi imputeť, ſed in alio
caſu negotiū pertinet principaliter ad domi-
num, nō ad fideiuſſorem,ideo iniuria illata ſi
ne culpa eius non tibi,ſed domino imputatur
quodeſt menti tenendum.Et ita pertranſeunt
Ant.Burg.in d. c.fin.nu.14.de empt.& uen.&
Didacus li.3.uar.reſol.c.17. illat.10. Rub.in
9 d.§.morte,nu.474.dicit † quòd d.l.ſi per im
prudentiam,cōtinet iniquitatē,quia emptor
nō deberet carere re,& pretio,patet quia ubi
uenditor paciſcitu r, ne teneať de euictione,
recuperat tamen ab eo pretiū. l. emptorem
§.fin.

§.fin.de act.empt.Dicendum quòd quamuis ſit dura hæc lex ſeruāda eſt l.proſpexit,qui & à quib.& iſta durities nō pcedit uēditoris facto,ſed iudicis.Eſt tamen conſultum ipſi em-
10 ptori † aduerſus iudicem ſecundū gl. in d. l. ſi per imprudentiam,actione in factum;quia litē ſuam fecit,quā poſt doc.ibi ſequit Affl.in d.§. rurſus ſi fidelis. l.ex maleficijs §.ſi is qui de act.& ob.l.ſi filiusfamilias,de iudi.Sed qd ſi iudex non eſſet ſoluendo? Dic quòd adhuc
11 nō ageret emptor de euictione, quia † uēditor nō tenetur de caſu fortuito. Nō procederēt ſupradicta,ſi iudex nullo ſecuto ordine iudiciario tuliſſet ſententia, quia tūc nō teneretur ipſe emptor ſed uēditor l.fiſtulas §. ſi frumenta,de contrah.empt.quia non uidetur ſe obligaſſe in caſu iſto inſolito,Ang.conſi.177. quem ſequitur Alex.in appoſt.ad Bart.in d.l. exceptione,Goz.conſil.94.nu.42.limitat hūc caſum Rom. ſingul. 754.in l.ſi per imprudē-
12 tiam &c.† ut nō procedat in fiſco uel rep. uēditrice,quia tenebunt de euictione emptori, quamuis per errorem,uel iudicis iniuriā lata fuerit ſententia, allegat tex. cum gloſſ.in l.2. §.graui, uerb. per iniuriā,de admin.rer.ad ciuit.pert. intellige tñ ut infra caſu 47. Ratio eſt,quia iſtud damnū ſentit Reſp. ſuo facto, & culpa,cum talem iniuſtū iudicē conſtituerit l.damnum,de reg.iur.ſecundò limita ſecū

dum Bar.in l.ſtipulatio iſta,in fi.prin. de uer. obl. ut non procedat ſi uenditor erat inimi-
13 cus iudici,quia † tunc ſententia lata per:iniu riam iudicis contra emptorē cenſetur culpa uenditoris lata,& ideo hæc iniuria non impu taт̃,nec nocet emptori l.ſi merces §.culpæ, lo
14 ca.intellige † ſano modo hanc limitationem ſecundum Iaſ. ibidem poſt alios per eum rela tos,quando talis inimicitia eſt ſuborta ante uenditionē factā,ſecus ſi poſt, quia uenditor non tenetur de aliquo caſu ſuperueniēte poſt uēditionem celebratam l.Lucius,in princ. de euict. Ruy.conſi.59. nume.14.libr.4.Ad euitandum prædicta bonum eſt ut conueniatur, quòd uenditor teneatur de euictione,etiam ſi res per iniuſtitiam euincatur,Rub.d.§.morte num.474.
15 Quartus caſus eſt quando † emptor comptomiſit,& ſuccubit,quia tunc regreſſum cōtra uenditorem nō habet,cū illud fecerit nul la neceſsitate cogente l.ſi dictum §.ſi cōpromiſero,de euict. Imo.conſi.82.Paul. de Caſt. conſil.309.col.penul.uiſis & ponderatis& c. libr.1.Riminal.conſil.92.nu.17.lib.1.Reſtrin
16 ge hūc caſum quatuor modis.Primò † ut nō procedat ſi fuerit cōpromiſſum in ipſum uen ditorem,& ipſe tulerit laudum contra empto rem; tunc.n.poterit agere emptor quia facto uēditoris rem perdidit l.2.in fi.C.de aſl.tol l.
ita

ita dicit Specul.tit.de arb.§.reſtat, uerſic.ſed pone &c.quod dictum pro not.cōmēdat Roma.ſing.463.emptor &c.Cremenſ.ſing.31.tu ſcis &c.Alex.conſi.4.lib.3.& in l.ſi domus §.
17 de euictione,in prin.de leg.1.Secūdò † ut nō procedat quando emptor neceſsitatur ad cō promittendū ex forma ſtatuti;tunc enim nō procedit diſpoſitio d.§.ſi cōpromiſero:& ſtipulatio de euictione cōmittet,quia illud fecit neceſsitate cogēte,ita Bar.ibi Bal.in l.fi.not.7.C.de iud.Lanfr.c. quoniam contra,uerb.re cuſationes,nu.18.de prob.& probat ibi text. in d.§.ſi cōpromiſero à cōtrario ſenſu ut pōderat ibi Bal.in 2.lect.Admonet Sal.in d.l.fi. nu.4.quòd hæc ſcribantur apud acta, ut appareat emptorem non uoluntariè compromiſiſſe,quæ animaduerſio uidet ſuperflua,cū ſufficiat potuiſſe compelli ad compromittendum l.nouiſsimè,quod ſal.tut. Requiritur tamen ſecundum eundem Bal.in d.§.ſi compromiſero,in lectura antiqua & in l.1.col.2.uerſ. ulterius opponit &c.C.de pericu. & com. rei uend.ut uēditor citetur ad electionē arbitri, quia ſua intereſt, ne ſibi ſuſpectus eligatur in arbitrū,& ita fieri conſuluit, ſequitur Felyn. in c.quamuis, num.13.in fin.de re iud.Tertiò
18 ut † non procedat ſi emptor ꝓbat ſe ideo ſuccubuiſſe,qa uēditor nō fecit ei bonū ius,Bal. in l.libera,n.10.C.đ ſent.& interl.om.iu.Ale.

in

19 in d.§.de euictione, in prin. Quartò ut † nõ procedat ſi uẽditor ꝓmiſit de euictione quomodocunque,& qualitercunque res euincat: quia tunc etiam ſi per arbitros fuerit ſentẽtia tũ,tenetur uẽditor de euictione.gl.eſt not. in l.cum pęna,de arb.quam ibi ita ponderat Bolog.in ſuis interpret. & ad hoc propoſitũ citat Aret.in §.fin de empt.& uend. inſt.Alexã. conſi. 4. nu.3.ubi Mod. appoſt. allegat concordantes lib.3.Goz.conſi.14.nu.21.& conſ. 63.nu.9.Gratus conſi.163.nu.22.lib.2.Riminal.conſi.362.nume.6.cum ſeq.lib.2.Et propterea Barth.Cepol.caut. 132.tria faciũt &c. inſtruit emptorẽ ad hoc ut in omnib. ſupra relatis caſibus teneat̃ uenditor de euictione, ut in inſtrumẽto apponãtur hæc uerba. Et ꝓmittit d. uenditor de euictione quomodocũque,& qualitercunque euincatur. etiã ſi euincatur per arbitrũ uolũtariũ, uel neceſſariũ, electum cũ uoluntate,uel ſine uenditoris: & promiſit dictus uẽditor non opponere,uel allegare,quòd ſentẽtia lata fuerit iniqua,uel in iniuriã emptoris, ſeu propter eius abſentiã, negligentiam,uel alio quocũque modo &c. Quid ſi compromiſerit in arbitrũ ut de iure procedat? Inquit Anto. Burg. in d.c.fin.nu. 15.de emp.& uẽdi. quòd ſuperatus emptor non aget de euictione ꝯ uenditorem. quod not.dicit pro extenſione d. §.ſi cõpromiſero

Didacus lib.3.uar.reſol.c.17.illat.7. Amplia
20 † hunc caſum duobus modis,primò ut procedat etiam quando emptor detulit iuramẽtũ euincenti,quia tunc emptor nõ poteſt agere de euictione contra uenditorẽ,Cremens.ſingul.115.tu ſcis &c.& illũ ſequitur Ant. Bur. in d.c.fin.col.8.in prin. Specul. de iura cal.§. 5.& Bar.in l.manifeſtæ nu.6.de iureiur.Aret. in practica dicit not.in §.itẽ ſi quis poſtulante,nu.8.inſti.de act.ubi Iaſ.nu. 84.& remotis quibuſdam cõtrarijs idem tenet Alex. in d.l. manifeſtę,nu.4.Cepol.caut.antepen.Et propterea dicebat Bar.in l.atqui natura § cũ me abſente,nu.5.de neg.geſt.Imol.in c.fi.de em. & uend.ꝙ emptor nõ tenetur reſpondere poſitionib.actoris, Alex.ubi ſupra.Quòd cõprobatur ex regula quæ habet,quòd qui non poteſt alienare,uel de ea liberè diſponere,nõ poteſt etiam ſuper ea iuramẽtum deferre, ad ꝙ uide Iaſ. in l.2.q.76.C. de iur. emphi. Franc.
21 Marc.deciſ.586.Secundò amplia † ut procedat etiam in iudice protogato per emptorẽ, qui illius iudex compẽtens nõ erat:quia ſi ſuperatus fuerit nõ aget de euictione ꝯtra uenditorem,gl.eſt no.in d.§.ſi compromiſero,in uerbo feci,quã cõmendat Rom.ſing.12.nunquid.Anto.Burg.in d.c. fin.nu.15.& ratio eſt ſecundũ Bal.ibi in ſecundã lect.quia illud fecit nulla neceſsitate cogẽte. At Saly.in citato

ſæpius §.ſi compromiſſero, uidetur ibi cõtrarium dicere,quia ordinarius eſſe non deſinit, & ab eius ſententia appellatur,& iuriſdictionẽ habet quã nõ habet arbiter,ut l. 1. de arb. Tu reſpõdeas ꝙ iuriſdictio illius iudicis ordinarij prorogati nõ alteratur,ſed cũ ſuis qualitãtibus cenſetur prorogatus l.1.cũ ibi amplè nõt.per Pau.de Caſt.de iud.Verùm quia illud fit uoluntariè,uẽditori nõ præiudicat l.ſi qui ex conſenſu.C.de epiſ.aud.

22 Quintus caſus eſt, ſi de facto † emptor extra iudicium rem perderet, non habet regreſſum de euictione contra uenditorem,præſuppoſito etiã quòd uẽditor promiſiſſet ſe uelle teneri quomodocũque res euinceretur ẽt de facto,quia nõ intelligitur de uiolẽtia extraiudiciali, quæ non uenit ſecundum naturam ꝯtractus, per tex.in l.fin.C.de act.emp. Abb.in d.c.fin.nume.7.de emp. & uend. Barto.& alij Scrib.in l.ſtipulatio iſta,in princ.colum.ſi.de uerborum obligat.Bart.in l.factum §.nõ uidetur,de reg.iur.Bal.in l.non ſolũ §. ſi ſtatus de procur.Neuiz.conſi.92.nu.21.Natta conſil.181.num.2.ubi ex intentione Ang.in l.ſi filius.§.ſi uir,ſol.matri.not.infert,ꝙ Florẽtini, quib.uẽdita fuere certa loca,& modicũ poſt ablata per Piſanos, contra uenditorẽ de iure nullum regreſſum habent: quia uenditor uendendo,& tradẽdo trãſfert omnem caſum fortuitum

tuitum & uiolentum in ipſum emptorem. Et conſiderandum eſt, quòd text. in d.l.fin. dicit quòd emptor uiolenter eiectus nullam habet cōtra uenditorem actionem; ex quo oſtenditur quòd non modo agere non poteſt contra uēditorem de euictione ratione intereſſe, ſed nec etiam ad pretij reſtitutionē propter illam negatiuam nullam actionem &c. quæ omnia cōplectitur, Bart. & Sal. in l. non dubitatur. C. de euict. l. fi. cum glo. de li. & poſth. Abb. in c. petitio, circa fin. de iureiur. qui ait quòd uēditor qui promittit defendere emptorē de iure, & de facto ꝯ omnem perſonam, illud uerbum de facto, reſtringitur ſecundum naturam contractus, quod eſt dicere ſecundū Bar. in d.l. ſtipulatio iſta, de facto, ſcilicet, in iudicio, ut uēditor faciat. ea quæ facti ſunt, ut aſsiſtere apud tribunal, ꝓducere teſtes, ſoluere expenſas, & ſimilia; Are. in §. actionū, nu. 23. inſt. de actio. poſt Bald. in d.l. fin. C. de act. emp. dicit quòd huiuſmodi uerba debēt intelligi ciuili modo. l. ſi cui, de ſeruit. Alexan. conſ. 137. col. 2. uerſic. tertiò etiam poſſet lib. 5. & quibuſdam cōprobat Iaſ. in d.l. ſtipulatio iſta, Ant. de Butr. conſilio 22. numer. 5. Goz. conſilio 94. numero 42. Ruy. conſil. 212. nume. 10. li. 1. Natta conſ. 181. Vnde infertur ꝙ ſi feratur ſnia per iniuriā iudicis, ꝙ tenet uēditor de euictione, ſi fuit in culpa in nō appellādo; quia
ius

uis infertur in iudicio, Bal. in d. l. fi. nu. 5. Et illud intellige ſano modo, ſecundum præfatos Scrib. niſi ante dictam poſſeſsionem uenditor fuiſſet cauſa, & origo huius moleſtationis, q̃ nunc de facto patitur emptor, arg. l. ſi merces §. culpæ, loca. l. nã & Seruius, in prin. cũ gl. in uerb. iudicium, de neg. geſt. Bal. conſi. 460. li. 4. Corn. conſi. 12. nu. 7. libr. 4. Secus ſi poſt uẽditionem factam, quia tunc non teneretur de aliquo caſu ſuperueniẽte poſt uenditionẽ ce
23 lebratum, cũ † futurus caſus euictionis poſt contractam emptionem ad uenditorem nõ ptinere dicat tex. in l. Lucius, in prin. de euic. Reprobat hanc diſtinctionem Ruy. conſi. 86. num. 11. lib. 1. innuens, ꝙ ſiue inimicitia uenditoris præcedat uenditionẽ, ſiue ſequatur, ſemper dicẽdum eſt teneri de euictione uẽditorem, quoniã inimicitia eius fuit cauſa talis expulſionis, quod uidet̃ habere æquitatem, quamuis uideatur in conſi. 59. nu. 14. lib. 4. ſe
24 qui illam diſtinctionẽ. Hunc † caſum limitat ſingulariter Petr. de Anch. conſi. 87. nu. 3. ut procedat in priuato uẽditore, quia ille nõ tenetur armata manu defendere emptorẽ Barba. ꝯſi. 62. lib. 4. Secus in principe, uel alio ſuperiore, quia illi debẽt armis defendere c. 1. de off. deleg. lib. 6. intellige, qñ aliquos ſub earũ protectione receperunt, & ita loquitur Anch. ſecus ſi ipſe princeps uẽdidiſſet rẽ par-
ticula-

ticularem,quia illo caſu utitur iure priuati,& ſic nõ teneretur defendere armis,ſed alio modo ut priuatus ex natura cõtractus. ad quod uide Barto.in proœ. ff.orum nu.7.& ſequitur Alexand.in d.l.ſtipulatio iſta,in princip.in fi. uerbis.

25 Sextus caſus eſt,quãdo † uẽditor in inſtrumento dicit,quòd nullo modo uult teneri de euictione,tunc enim emptor nõ poteſt agere contra uẽditorem de euictione,ſed ſolũ ad pretij reſtitutionem l. emptorem §. qui autẽ uerſi.ibidem ait &c. ubi Paul.de Caſt. de act. empt.quem ſingularem dicit Rom.ſing.387. ſi uendo &c.ſequitur Aret.d.§.actionum, nu. 22.inſt.de act.Ant.Bur.in d.c.ſi.n. 15. de em. & uend.Corn.conſ.226.nu.6.li. 2. Caſſaneus conſi.55.nu.43. Rub.conſi. 152. nu. 2.& ſeq. Alcia.conſi.158.allegatum eſt &c. Rebuf.tit.

26 de dilat.art.5. glo.un.nu.51.Quod uerũ † eſt ubi in genere euictio excipitur,at ſi ita cõuẽtum ſit,ut uenditor nõ teneatur de euictione ſi res empta fuerit euicta à Sempronio,uel ex cauſa libertatis;ſecus erit,quia nec ad pretiũ agere poterit emptor,ita uoluerũt gl. Fulgo. Ang.Bal.& Saly.per illum tex.in l.qui libertatis, in princ. de euict. Rom.dict.ſingul.Paul. de Caſt.d.§.qui autẽ,Bal.& Sal. in l.1.q.5.C. de peric. & com.rei uendi.Marſ. ſingul. 656. uenditor &c.Rip.in l.ſi aliquam,num. 47. de

acquir.poſſ.Tiraq. de retract. proxi.§.12.gl. 1.nu.14.Rationē differentiæ ponit Bal. in d. q libertatis quā ſupra in .§2.retulimus, Nat. conſi.181.nu.7.& hæc eſt communis opinio. Nouiores quidam cōtrarium ſentiunt, & aſſeueranter dicunt hanc cōmunē ſnīam falſam eſſe.Hi ſunt Rub.in d.§.morte,nu.446.Didacus lib. 3.uar.reſol. c.17.in prin.& Mod.Appoſt.ad Dec.conſil.281.colum.3.circa fin.

Rub. mouetur,ubi quis non uult teneri de euictione pro facto alieno, tenetur ad reſtitutionem pretij; ergo idem uidetur ubi nō uult teneri pro facto Sempronij, ut idem operet̄ genus in ſuo genere,quod operat̄ ſpecies in ſua ſpecie l.ſi duo,de teſtamen.tut.& uidetur hoc probare tex. (ſecundum eum) in d.§.qui autem,uerſi.ibidem ait &c.ubi dicit tex.ꝙ ſi in inſtrumento dicatur nihil euictionis noīe præſtitum iri pretium quidem deberi(ſubdit tex.)neque enim bonæ fidei cōtractus hāc patitur conuentionem,ut emptor rem amittat, & uenditor pretium retineat &c.Iſta enim ratio ita cōcludit ubi quis nō uult præſtare euictionē reſpectu certæ perſonę,uel cauſæ.ſicut ubi nō uult aliquo modo teneri de euictione, quia ſemper militat ratio,quòd ſumus in bonæ fidei contractibus,debet ergo tex.in d.l.q. libertatis,declarari per d.§.qui autem,ut nō præſtetur euictio reſpectu intereſſe, ſed bene

reſpe-

reſpectu pretij. Addit Didacus arguendo à ſufficienti partium enumeratione. Nam pretium iſtud uel pertinet ad uenditorem, poteſtque ab eo retineri iure uenditionis, uel cauſa donationis ſaltem præſumptæ, aut in pœnã emptoris rem alienam ſcienter, & mala fide ementis, nulla harum cauſarum in hac ſpecie ſufficiens eſt, igitur pretium iniquè à uenditore retinetur, & iuſtiſsimè eſt emptori reddendum. Prima quidem cauſa manifeſtè deficit, eo quòd cum res uendita fuerit aliena, & ab emptore euicta, nec trãſierit in eius dominium iure uenditionis, uenditor eo titulo pretium habere nequit. Secunda cauſa ſatis debilis eſt cum donatio minime ſit præſumenda, ubi alia tractatur cauſa, nempe commutatio rei, & pretij. Tertia item non probatur iure: nec enim ſequitur, cõſenſu emptoris fuit recepta ſpecialis euictionis cauſa, ergo emptor ſciuit rem alienam eſſe, potuit enim cogitaſſe, & exiſtimaſſe nihil periculi ſibi ex euictionis cauſa quę excepta fuit imminere. Satiſque erit quod uẽditor ſit immunis ab actione euictionis, atque exẽptus quoad intereſſe, & alia damna illius cauſa contingentia, & huius ſententiæ fuit Alberi. in dicta. l. qui libertatis. Quæ opinio in puncto iuris mihi uidetur uerior, ac ſuſtentabilior: quandoquidem text. ille in d. l. qui libertatis, dicit ſimpliciter, quòd

uenditor non tenebitur euictionis noie &c. nec de pretio aliquod uerbum,& tamen in d. l.emptorē §.qui autem, explicat, ꝙ & ſi euictionis nomine nihil debeatur,pretiũ nihilominus reſtitui debere &c.& ſic uides caſum legis expreſſum,unde nõ uideretur ambigẽdũ quicquid Doct.in cõtrarium ſenſerint,quorũ auctoritas ꝓbabilis eſt,legis uerò neceſſaria Bal.in l.couenticulã,col.2.C.de epiſc.& cler. Abb.c.1.in fin.de conſtit.Soc.Iun.conſi.62. nume.22.lib.3. Comprobo hanc inductionẽ iſto ſimili.Scimus,quòd ubi lex nõ diſtinguit nec nos diſtinguere debemus l.de pretio,de publica.& tñ ſi aliqua lex generaliter loquatur,& in illomet caſu alia lex diſtinguat, tũc interpretanda eſt lex illa generaliter loquens ſecundum aliam diſtinguentem. exemplũ in l.quoniam,de condi. furt. quæ indiſtinctè loquitur,quæ per l.falſus §.ſed & ſi,de fur. diſtinguitur.

27 Similiter nec tenereẽ ad † pretij reſtitutionẽ,quando eſt mutua,uel reciproca traditio, & inuicem conuentum eſt,ne de euictione teneatur,tunc enim non tenebuntur nec ad pretij reſtitutionem,gloſſ.ſingularis in l.ſi familiæ,in gloſſ.mag.C.famil.herciſcun. quam notãdicunt ibi Bartol.& Paul.de Caſtr.& ad hoc ponderat Rom.d.ſingul.387. Iaſ.conſil. 211. colum.5.uerſicu.qui conuenit &c.lib.2.

Soc. tract. fallen. reg. 437. Rebuf. loco proximè citato nume. 54. ego etiam in hoc caſu ſum eiuſdem ſententiæ ut pretium reſtituat per ſupra allegata, quæ hic repetenda ſunt, uel intelligas ſm declarationem Bald. & Sal.

28 ibi. Ad tollendum † omne dubiũ cautela eſt ut in inſtrumento dicatur, quòd uenditor nõ uult teneri de euictione, nec ad pretij reſtitutionẽ, niſi pro dato, & facto ſuo tantũ, qñocũque, & qualitercũque euincatur, & ꝙ emptor renuntiat omni iuri, & actioni, ex quib. poſſet de euictione agere contra formam prædictã &c. & tale pactum ualet ut dicit glo. in d. §. qui autem, Rub. in d. §. morte, nu. 447.

29 Septimus caſus eſt, quãdo † emptor potuit uſucapere, uel præſcribere rem emptam, & nõ fecit ſua culpa, tex. eſt cum glo. in l. ſi dictũ §. ſi cũ poſſet, de euict. quia taliter ſe impediuit ꝓquirẽdo, ąn aliquis eſſet dominus rei, & ſic ſibi fuit euicta Soc. tract. fallen. reg. 438. Iſte caſus forte hodie nõ procederet inſpecto iure canonico, quod in materia peccati ubiq; ſeruatur in utroque foro, quo iure quandocunque interuenerit bonæ fidei defectus uſucapionem uitiat c. fi. de præſcrip. Imò etiam ꝑfecta uſucapione fuere qui in foro conſcientiæ tutũ nõ eſſe poſſeſſorẽ crederent. Cano. c. uigilanti, de pręſcrip. Alcia. in rub. de acquir. poſſ. nume. 3.

30 Octauus caſus eſt, quando † uenditur uniuerſitas rerum, & aliqua res ſingularis euincitur; nam uenditor non tenetur de euictione. caſus eſt in l. 1. C. de euict. Ruy. conſ. 146. col. 1. lib. 1. Boer. deciſ. 33. nu. 26. Ratio eſt ſm gl. ibi quia aut erat hæreditaria, & tunc eſt ſibi facta iniuria l. ſerui ueditor, de euict. aut non erat hæreditaria, & tunc nō uidetur uēdita l. 2. in prin. de hæred. uend. cū neque plus, neq; minus iuris emptor habeat quàm apud hęredē futurū ſit l. hæreditas, de pet. hæredi. ſequtur Soc. d. re. 438. & omnes Scrib. ſimpliciter ubique pertranſeunt. Si uenditor aſſeruiſſet tot eſſe in hęreditate illa debitores, & nō ſint, tenebitur de euictione. ad quod uide Cuma. conſi. 53

31 Nonus caſus eſt, qn̄ † quis ſcienter emit rē alienam l. ſi fundum. C. de euict. quo caſu nō agitur de euictione etiam quoad pretium. gl. fina. & ibi Abb. in cap. ad audientiam, de reb. eccle. alien. gloſſ. Bald. & Saly. in l. non dubitatur. C. de euict. glo. Bal. & Saly. in l. iubemus. §. ſanè, il primo C. de ſacroſ. eccle. Abb. conſ. 30. num. 3. lib. 2. Dec. conſi. 411. nu. 4. Paul. de Caſt. in l. emptorem. §. qui autem, nume. 3. de actio. empt. Goz. conſil. 24. nume. 7. Natta conſi. 181. nu. 8. Cum. conſi. 33. & conſi. 170. colum. fi. Iſte caſus non procedit quādo ſciēs aliter ſibi prouidit de euictione per pactū ut

d. l.

d.l.ſi fundū,& ſupradicti Scrib.Bart.in l.quēadmodum,poſt glo.nu.10.C.de agri.& cenſ. lib.11.Cor.conſ.2.nu.13.li.3.Abb.in c.ſi qs alio, in fin.de reb.eccle.alien.Tiraq. retract. proxi.§.12.gl.1.nu.11.Aymo cōſ.64. num.4. Non procedit iſta reſtrictio in ſcienter rē emente à fiſco, caſu quo procurator eius uendens non habuit in mandatis ut promitteret de euictione.Bal.in d.l.ſi fundū,Caſſaneus cōſ. 55.numer.43.Huic caſui obſtat text.in l.ſi.§.
22 fin.† C.communia de lega.ubi ſcienter emēs recuperat pretium,quamuis nō ſit ſtipulatus Iaſ.ibi poſt alios reſpōdet,ꝙ ibi eſt ſpeciale, & rationem ſpecialitatis explicat poſt gl.ibi Corn. in d.conſil.2.nu.5.Aduerte ꝙ nō eſſet ponereos in Cœlū dicere d.l.ſi fundum,corrigi per d.§.fi.cū ſit una ex quinquaginta cōſtitutionibus Iuſtiniani,Codici poſtmodū inſertis,quia eūdem caſum in utroque loco decidi comprehendo.Nam ꝙ dicit fundū alienum ſcienter emens non pōt agere ad pretiū in d.l.ſi fundū,ī §.fi.Iuſtinianus dicit cū ſufficiat ei ſaltē ꝓ pretio,quod ſciēs dedit ꝓ aliena re ſibi ſatisfieri &c. cogita tamen, & pro iſta conſideratione facit dictū Cur. Sen.conſ. 63.in quarta difficultate col.pen.

33 Decimus caſus eſt, qn̄ † euincitur res ſm propriam naturam ſuā,ueluti qn̄ res eſt ſubiecta reſtitutioni,uel feudalis,ſeu emphyteu-

tica,tūc enim iudicio euictionis locus nō eſt Alexan.conſi.21.nu.3.lib.5.Alcia.conſi.133. num.5.ſuperioribus &c. & cōſi.138.prima facie &c. & quomodo poſsit cautelari emptor
34 ponit Dec. conſil.323 .intellige † tamen hūc caſum quando ſciebant contrahentes rē eſſe talem,ſecus ſi ignorabant: tunc enim habere locū euictio glo. Bart. & Scrib. in l.ſi familiæ C. famil. erciſcun.¶Roma.conſi.503.ult.dub. Cuma.conſ.33.colum.2.Ruy.conſ.42.nu.19. & conſ.146.nu.3.lib.1.Aym.conſi. 24.& cōſ.
35 211. Vel quādo † ſciebat emptor prouidit ſibi de euictione Alcia. d.conſ.133.nu.5.aut ex coniecturis colligi poſt, ut inquit Dec. conſi. 79.& conſi,265.uerbi gratia quando manifeſtè læſio aliàs induceretur,Alcia.d.conſi.138.
36 Vndecimus caſus eſt,quando † creditor [b]
b uendit ius ꝙ in re habet:nam de euictione nō tenetur l.1.C.cred.euict.pig.nō deb.l.periculum,de pigno.& l.cū ea conditione §.1.de euict. Natta conſil.38. quia uenditor tenetur ſolum præſtare rem eſſe obligatam l.ſi nomē de hær.uel act.uend.l.ſi plus §.fin.de euict. ſicut qui uendit nomen debitoris tenetur ſolū præſtare illum eſſe debitorem,non autem illum fore locupletem d.l.ſi nomen, & d.§.fin. Pau.de Caſt.conſi. 171.in ſecundo ꝑmiſ.uiſo pūcto ſupraſcripto li.2.Aym.cōſ.145.nu.22. dicit Bal.in d.l.1.nu.4.ꝙ quāuis ipſe creditor
non

nõ tenetur de euictione, teneatur tamen debitor perinde ac ſi ipſe uẽdidiſſet l. ſi ob cām C. de euict. Eſt bene uerum, quòd ille qui uendidit iure creditoris, debet inſtrumenta crediti edere emptori, ad hoc ut emptor poſsit probare iura auctoris, Bertrand. conſ. 217. lib. 7. & pro indemnitate emptoris tenetur cedere omne ius quod habet creditor cõtra auctorẽ ſuum l. in creditore, de euict. Et propterea Notarij in inſtrumẽtis emptionum apponunt illa uerba. Cedens, & cõcedens eidem emptori omnia iura perſonalia, realia, & mixta, quę dicto uenditori competunt, & competere poſſunt ratione dictæ rei &c. Bertrand. cõſ. 317. lib. 3. par. 1. Alcia. conſ. 216. nu. 7. quãuis &c. Reſtringe hunc caſum duobus modis. Primò

38 † ut nõ procedat, ſi creditor expreſſè ſe obligauit pro euictione. Dec. conſi. 449. num. 37.

39 Secundò quando † mala fide ſciens rem alienam eſſe, & non debitoris uendidit. l. 2. & ibi Bal. & Saly. C. cred. euict. pig. non deb. Vendens ſimpliciter ius, quod habet in tali p̄dio nullo reperto iure, nulla contra uenditorem ſubſiſtit euictio Bertrand. conſ. 268. lib. 7.

40 Duodecimus caſus eſt, ſi emptor † habuit inexpertum aduocatum, hoc enim caſu nõ tenetur uenditor de euictione, ut not. per gl. in l. quod ſi nolit §. mancipium, uerb. culpam, de ædil. edict. uide ſupra in 3. §. q. 19. Fran. Mar.

decif.

deciſ.583.Rymi.cóſ.205.nu.7.& cóſ.274.nu. 16.lib.2.Rebuf.tit.de dilat.art.5.gl.un.n.18.
41 Decimus tertius eſt ſi emptor † non appellauit à ſententia lata,quia tenẽ cõdemnatus appellare ab ea ſententia ꝯ eũ lata quoties uẽditor tempore ſententiꝫ abeſt à iudicio, & ipſa ſententia eſt manifeſtè iniqua, Rimin.ꝯſ. 274.n.24.li.2.ſecus ſi eſſet æqua,nel in dubio eſſemus,quia tũc nõ tenetur appellare gl.ult. Bar.& alij in l.Herẽnius.§.Caia,de euic.Nat. cóſ.208.& ſi appellauerit tenetur appellatione proſequi gl.1.in d.§.Caia, uerb.uẽditori &c. Bar.in l.propter ueneni §.fin.ad Syll.Sed tu dicas ex intentione Didaci li.3.uar. reſol. c.17.illat.9. emptorem condemnatum ad rei uẽditꝫ reſtitutionẽ debere omnino appellare etiam eo caſu,quo dubiũ ſit de iuſtitia ſententiæ,quia licet prꝫſumẽdũ ſit pro ſentẽtia iudicis,d.§.Caia,ea tñ præſumptio coram iudice appellationis admittit probationẽ in contrarium,imò etiã ſi ex actis proceſſus appareat ſententiã iudicis æquam,& iuſtam eſſe adhuc appellandum fore,forſan etenim in cauſa appellationis probabitur iuſtitia uẽditoris ex his teſtibus,& inſtrumentis, quæ non fuere ꝓducta l.per hanc C.de tem.appel.
42 Decimus quartus caſus eſt.Si emptor † ſuccubuit iniuſtè in cã per obiectũ, ſeu obſtaculũ alicuius exceptionis,q uꝫ ab ipſo emptore

con-

cõtraxit originem. Veluti ſi ſeruum quẽ emit manumiſerit l.ſi ſeruum, de euict. ſi ꝑmiſerit in re empta uẽditori ſepeliri. l.ſi per imprudẽtiam. §.ſi quis locũ, eo. tit. & generaliter in ſimilibus facti ſpeciebus l.hoc iure, cum ſeq. eo tit. l.tenẽ §.ſi tibi, ubi Bar. de act. em. Tunc. n. emptor nõ agit de euictione tãquã ipſe fuerit cã huiuſmodi impedimẽti, Rim. cõſ. 205. nu. 22. lib. 2. Et procedunt præmiſſa niſi ꝑ pactum ſpecialiter fuerint hæc omnia à uenditore remiſſa ut l. quærit §. ſi uenditor, de ædil. edict. l. Herennius, in prin. de euict. a

Solet etiã multoties uenditor ſpecialiter conuenire, ne pro alieno facto teneatur, ſed pro ſuo tantũ, quo caſu ſolum tenetur, ſi ipſemet alij rẽ uendidiſſet, uel obligaſſet l. de tuo mand. l. 2. in princip. de hęr. uel act. uend. ꝙ eſt not. Dec. conſi. 492. Nam plerunque Notarij (ut cautius ſuccurrãt emptori) ſolent in inſtrumẽtis apponere huiuſmodi remiſsiones quę uulgò pacta utilia appellant. Adde † tñ ꝙ per illam taxatiuam tantum, non ur̃ excludi factũ ſui auctoris, c iſtud eſt dictũ Bar. in l.ſi ſeruus, la 2. n. 4. de ꝯd. furt. Iaſ. poſt alios in l.ſi ſtipulatio iſta, in prin. nõ. 4. de uer. obl. Crem. ſing. 32. Sæpe iſtud &c. Marſ. ſing. 475. Non eſt tibi nouum. &c. & ſing. 656. Venditor &c. Dec. cõſ. 281. dub. 2. quicquid dubitãdo teneat Bal. in tit. qui ſuc. tenẽ. in fi. & Ruy. b

43

c

conſi

conſi.94.nu.3.& 6.& conſi.184.num.3.& 14.
lib.1. Boer.deciſ. 67.nu. 3.& 4.Cephal.conſi.
168.q.1.nu.20.lib.2.& pro Bart. ſtat Saly.in
d.l.ſi ſeruus, prima oppoſ.& ibi Pau.de Caſt.
nu.20. cum ſeq.facit glo.fin.in l.ſi cum fundum,ubi etiam Alcia.not.uerb.ius fundi &c.
44 de uerb.ſig.Hoc † dictũ Barto.intelligit procedere Ant.Burg.in d.c.fin.nu.16.de empt.& uẽd.in auctore uniuerſali:ſecus in particulari,ut q̃a ipſe mihi uendidiſſet,& ego poſtea tibi uẽdidi,& dixi me uelle teneri pro meo dato,& facto tm̃: quia tunc non ero obligatus ſi euincatur ex facto mei auctoris particularis,
[d] puta quia ipſe aliàs uel illã alteri uendidit,
d uel ſeruitutem impoſuit l. fundum, de euict. quem ſingularem dicit Crem. ſing.158.unus ſocius, Marſ. de ſing.656. in fin. tenebitur tñ ad pretij reſtitutionem,Alex.conſi.188.lib.1. Viuius communium opin.lib.2.nu.317.Aduerte tamẽ quòd Senatus Burdeg.Areſto ſuo cõtrarium pronunciauit,ut teſtatur Boer. in d.deciſ.67.nu.7.& alterius ſentẽtiæ eſt Mod. App.ad Dec.in d.cõſ.281.quòd uigore dictæ clauſulæ excludatur tam auctor particularis, quàm uniuerſalis: quia illa clauſula directò opponitur ad excludendũ factum prędeceſſoris ipſius promittentis, idem repetit ad Alec. conſ.18.lib.5.Super quibus amplius deliberãdum cenſeo.ſi cũ cõmuni ſtabis nõ errabis.

De

44 Decimus quintus caſus eſt,quādo † auoca
c tur poſſeſsio ſola,puta per hypothecariā,[c] uel Saluianum interdictum:quo caſu uēditor nō tenetur de euictione,Bal.in l.1.in fin.C.de pe ric.& com.rei uend. & in l.ſi cum uenditor,in prin.de euict.Bar.in l.3.in prin.de act. empt. de quo ſupra latè diximus.§. 3.q.17.

Decimus ſextus caſus eſt, quando uenditor in inſtrumento promiſit emptorem defen dere de iure,& de facto,& quod plus eſt ſe ob ligauit ēt ſi per iniuriā iudicis euincatur,Bo-
45 er.deciſ.67.nu.2.Hoc † pactum intelligitur quando per imperitiā iudicis iuris, uel facti euinceretur,ſeruato iuris ordine. Secus autē ſi iudex prętermiſſo iuris ordine procederet, & res euinceretur:quia hoc caſu uigorę dictę promiſsionis uenditor nō obligaretur,ita ſin gulariter dicit Ang. cōſ. 176. & ſequit̄ Alex. in add.ad Bar.in l.exceptione, de fideiuſ.refert,& menti tenendum dicit Mar. ſing. 354.
46 in dubio &c. Dec.conſi.74.col.3.Quid † ſi re miſſum fuit ius denuntiādi reſpectu huius ꝓ miſsionis de iure & de facto,ut fieri ſolet per bonos praticos; an ſtipulatio cōmittatur ad duplā euictionis?Rub.in d.§.morte,nu,442. ſic diſtinguit.Aut uenditor ſciebat inquietudinē facti inferri ipſi emptori,& tenęt ad duplā,facit.l.in delictis,in prin.de noxal.l.ſociū in princ.ad l.Aquil. & l.2.ſi quad.paup.feciſ.

dic.

dic. Aut ignorabat ipſam inquietudinē inferri, & iſto caſu non comittitur ſtipulatio ad pœnam l. 1. §. occiſorum, ad Syll. Ang. in d. ꝯſi. ſed ad pretium tantū. Hæc diſtinctio uidet̄ confundi per ea quæ dicta ſunt ſupra in caſu 5. ubi uideas.

47 Decimus ſeptimus caſus eſt, quando † emptor qui rē alienam ignorans emit debito tēpore pręſcripſit, nō aget de euictione, quia ꝑſcriptionis exceptione ſe tueri poteſt. l. qui alienam, in prin. de euict. & l. ſi obligata. C. eo. Rebuf. tit. de dilat. ar. 5. glo. un. nu. 17. Vnde ſi eam oppoſuit, & nō fuit admiſſa, & ſic paſſus eſt iniuriam à iudice, uenditor non tenetur d. l. ſi ꝑ imprudentiam, in prin. de euict. Vel ſi eā non oppoſuit, ſibi imputet l. ſi rem quam §. ſi duplæ, de euict.

48 Decimus octauus caſus eſt, quando † imminet euictio in limine contractus: tūc. n. nō agitur de euictione, ſed tenet̄ uenditor præſtare fideiuſſores l. ſi poſt perfectam. C. de eui. l. habitationū §. fi. de per. & com. rei uend. Ang. ꝯſi. 121. Rom. cōſ. 8. q. ult. Bar. in l. à diuo Pio §. poſt addictū, de re iud. Bal. Saly. Paul. de Caſt. in l. non idcirco C. de contrah. empt. Socy ꝯſ. 208. in fin. lib. 2. Natta conſi. 267. Alba. conſi. 107. nu. 5. Bertran. conſ. 60. lib. 2. par. 2. Cepo. caut. 171. quotidie &c. Rub. in d. §. morte, nu. 46. dicit ꝙ ubi imminet euictio in limine

con-

contractus non cogitur emptor accipere fide iuſſores,& ſic cōmittere ſe fragilitati cautionis l.plus cautionis,cū cōcord.de reg.iu. ſed uidetur ꝙ cogi poſsit uenditor ad liberandū rem uenditam l.ex ijs prędijs.C.de euic.Alex. in l.1.§.ſi hæres,n.3.ad Treb.& conſ.67.li.3. Alb.de Roſa.in d.l.ex ijs prædijs, dicit,ꝙ ēt ubi cōſtat rēuēditā fuiſſe traditam obligatā, ꝙ uenditor conſequitur pretium offerendo fideiuſſores:ita dicit ſe obtinuiſſe in contingētia facti.Et ſi colligi pōt ꝙ ſit in poteſtate uēditoris uel fideiuſſorē pſtare iuxta d.l.ſi poſt perfectam, uel rē ipſam liberare d.l.ex ijs,ꝙ in ſe æquitatem habet,Grat.conſ.135.li.2.Et ꝗuis Bald.in d.l.ex ijs prędijs,dubitet an illa lex habeat locū in obligatione conditionali, attamē Alex. in d.§.ſi hæres.& d.ꝯſ.67.cōcludit ꝙ ſic.Et not.ꝙ in caſu l.ſi poſt perfectā,ſe
49 cundū Ang.ibi debet præſtari cautio † de dupla cū fideiuſſore,tradit Rom.d.ꝯſ.8.l.habitationū §.fi.de pi.& com.rei uen.& iſta fideiuſſio ſfm Alb. debet præſtari dato ꝙ uenditor ſit locupletiſsimus l.minor §.fi.de proc.Verū hæc fideiuſsio euitari ſolet.qñ denūtiatus uēditor auctori ſuo pariter ſibi litē motā denūtiet, quia ubi ſoluendo eſt euictionis periculum imminere non dicitur.Affl. deciſ.171. Idem dicendum eſſet quādo ipſemet uēditor immediatus ſoluēdo eſſet.Iac.Menoc.de arb.

iud.

iud.li.2.caſu 224,nu.4. Quæ fideiuſsio debet præſtari aduerſus omnes,nõ tantum litis mo torẽ,faciunt quæ ſupra diximus in §.2.in caſu 2.quicquid in contrarium dicat Rub.in d. §.morte,nu.464.cũ ſeq.diſtorquẽdo tex.Cõſultum tamen uidetur uenditori,ut non p̃ſtet fideiuſſorẽ de euictione,ſi immineat in limine cõtractus,ut in inſtrumẽto apponant iſta uerba. Quòd ei ſoluatur pretium, nec teneat dare fideiuſſorem non obſtante quòd ſibi aliqua lis de euictione moueretur, Bal. in d.l. non idcirco.

50 Decimus nonus caſus eſt † ſi emptor culpa ſua cecidit à poſſeſsione rei emptę l. ſi rẽ qui §.ſi duplæ.& l.ſi mancipiũ,in prin.de euict.l. ſi controuerſia,ubi gl.fi.& Bal. C.eo.l. idemque §.1.de act.emp.arg.l.Iulianus, & l.ſi hominẽ,de rei uend.Vnde ſi emptor faciat ꝯſcribere in inſtrumento rem eſſe ſibi datam in ſolutũ,uel cauſa permutationis,ut ius & neceſſitatem retractus euitaret,non aget re euicta, ſed perdet pretium retracta re per proximiorem, ſi fraudis particeps.extitit, Affl.de iur. ꝓ thom.§. niſi, no.6. Rebuf. tit.de dilat. art.5. glo.un.nu.20.

51 Vigeſimus caſus eſt, quando † uinco rẽ ex facto ſuo uel ſui auctoris, non teneor ſibi de euictione l.fundũ, de euict. Corne. conſi. 42. col. fin. lib.4. Ruy.conſi.7.nu.21.lib.3. Vnde ſi tibi

ſi tibi in dotem dederim fundũ alteri pignoratum pro filia mea,tuq; ei in teſtamento p̃legaueris, hæres tuus non poteſt cogi ut illũ fundũ liberet,q̃a facto meo ita obligatus erat l.licet,de dot.præle.Similiter frater ſupuiuẽs euincit fideicõmiſſum ex facto illius auctoris fratris p̃mortui.ſ.Teſtatoris q̃ portionẽ præmortui ſine liberis reliquit per fideicõmiſſum fratri ſuperuiuẽti,& ẽt ex facto ipſius fratris præmortui abſque liberis,qui adeũdo hæreditatem quaſi contraxit l. apud Iulianũ §.fin.ex quib.cauſ.in poſſ. ea.Iaſ.in l.qui Romæ.§.duo fratres, nu.35.de uerb.obl.

52 Vigeſimus primus caſus eſt,quãdo † uitiũ rei uenditæ poſt contractum ſuperuenit:tunc enim cauſam euictionis non parat l.3.de eui. ubi not.Bal quæ emergunt poſt contractum, non ueniunt in contractu:quia futurus caſus poſt contractam uenditionem ad uenditorẽ nõ pertinere ait tex.in l. Lucius,in prin.eo.ti.

53 Vigeſimus ſecundus eſt,ſi † emptor domino rei uenditę ſibi ab alio hæres extiterit;tũc enim non aget de euictione quia res ſibi non abeſt,ſed actione ex empto ad pretium l.ſi uẽdideris,de euict.& ibi Bal.appellat hãc tacitã euictionem,& ratio eſt,quoniam ei euinci nõ poteſt,nec ipſe ſibi uidetur euincere l.ſi ei cui §. item ſi domino,de euict.& l. ſeruum Titij mand.Cuma.conſ.33.col.1.

P Quid

54 Quid † ſi dominus rei ſuccedit emptori? explicat hoc Boer. deciſ. 23. nu. 17. ubi cōcludit ꝙ ꝯfirmetur uenditio l. uēditrici iuxta 2. intel. glo. 2. C. de reb. alien. non alien. l. Seia, ubi Bar. & Bal. de euict. Scrib. in l. cum uir. de uſu

55 cap. econtra uero ſi ipſe emptor † erat dominus, & ignoranter emit rem ſuā, ſi extitit hęres uenditori, ſibijpſi euincere poteſt, Ang. & alij in l. cum emptor, ad l. falc.

56 Vigeſimus tertius eſt, quando † res euincitur facto principis, tunc. n. uenditor nō tenetꝰ

f de euictione l. Lucius, [f] in prin. de euict. Bal. ꝯſ. 460. lib. 4. Natta conſi. 181. nu. 4. Alcia ꝯſ. 340. filias & c. quia factum principis reputatꝰ caſus fortuitus. facit. l. item ſi uerberatū §. itē ſi fortè, de rei uend. l. apud Iulianum §. ꝯſtat de leg. 1. Hinc eſt ꝙ in quallbet promiſsione cenſetur reſeruata ſuperioris auctoritas l. fin. ubi Iaſ. qui ſatiſd. cog. tenebitur ſaltē ad pretium ſi à principe illud conſecutus eſt, quod præſumendum eſt l. uenditor. §. ſi conſtat, cō munia præd.

57 Vigeſimus quartus eſt, quando † promittitur ſeruum noxa ſolutum eſſe, uenditorē conueniri non poſſe propter eas noxas, quæ publicè coerceri ſolēt l. Lucius §. 1. de euict. Etſi noxę appellatione omne delictū cōtineatur. l. plebs §. fin. de uer. ſin. tamē in edicto ædiliū comprehenditur ea, quæ priuatū & nō publi

ce

a ſibus [a] l.ædiles autem,in prin.& l.cum ſex.ff. hoc titu.quod tempus utile eſt in ſui principio glo.in l.2.C.eod.& ideo non currit ignoranti niſi ignorantia ſit ſupina. Ratio eſt ſecundum Bald.ibi quia ſcire debere reputatur pro uera ſcientia l. quod te. ff.ſi cer.pet.& dicitur ſupina ignorantia ſecundum qualitatem perſonarum l. profeſsio. C. de mun. patro.lib.10.& uide glo. & Barto.in fin.in rub. ff. de diuer. & temp. præſcrip. quod tempus utile eſt etiam in progreſſu, ut no.in l.annus ff. de calum. & ſentit gloſſ. in ſecunda lect. in d. l. cum ſex. Et ratio eſt ſecundum Bald. in d.l.2. quia pręſcriptiones prætoriæ ſunt utiles toto ſuo curſu, quia prætor non vult eas currere niſi quando poteſt adiri. l.2. §. dies.ff. quis ord.in bon.poſſ. ſeru. conſiderat enim ſolum dies efficaces. Cyn. poſt Iacob.
31 Butr.in d.l. 2. & illi dicuntur † dies utiles,

& ef-

& efficaces, quibus iudex ſedit, & copia eius haberi poteſt. probatur in l. iure matri. C. de adul. & eſt tex. in l. 1. in princip. ff. de diuer. & empt. præſc. & in iure ob eam cauſam tales dies dicuntur aliquando dies ſeſsionũ. l. is cui. §. ſex autem menſium. ff. ut in poſſ. leg. ibi continuum tempus ſeſsionum &c. Accedit quod not. Bald. poſt Iacob. Butr. in l. genero, opp. 3. ff. his qui not. infa. quòd
32 tempus † adiectum à lege dicitur utile in dubio quando aliàs eius curſus noceret ignoranti, Soc. Iun. conſil. 19. nume. 16. cum ſeq. lib. 3.

Ex quo Bald. in d. l. 2. nume. 8. ad ſtatutum
33 infert. Si enim lex † municipalis diſponeret quòd poſt tres menſes emptor non audiretur in redhibitoria, an hoc tempus èrit utile uel continuum. Ipſe reſpondet quòd erit nihilominus utile, quia tale ſtatutum interpretatur eſſe ius commune. Item iſta præſcriptio ſtatutaria redacta eſt ad inſtar prætoriæ ex materia, & forma. Item iſtud tempus non eſt naturam mutans l. proponebatur. ff. de iud. ſi æquitatem deſideras breue eſt, & artificiale, & ideo tempus utile eſt. quæ rationes Bald. ſubtiles magis ſunt, quam ueræ. Et propterea concludendũ eſt, quòd imò iſtud tempus eſt còntinuum, quia populi ſtatutum

eſt de iur. ciui. l. omnes populi ff. de iuſt. & iur. & præſcriptiones ciuiles ſunt continuæ, inſt. de perp. & tẽp. præſc. in prin. niſi in caſib. in qnibus. de iure cõtrarium eſt deciſum, gl. & Barto. in rub. & in l. 1. in fin. ff. de diu. & temp. præſ. tex. in l. nunquam §. in uſucapionibus. ff. de uſuc. ubi Barto. ad idem tex. in l. ſi partem §. fin. ff. quemad. ſeru. amit. l. fin. ubi latè Alexan. C. de dol. l. fi. C. de præſ. long. temp. Soci. conſ. 108. colum. 3. uerſi. nonò reperio lib. 4. & in tempore ſtatuti Calc. tradit conſi. 63. col. 4. in fin. quo caſu ignoranti non currit, aut aliter impedito. l. generò, ubi Barto. not. 1. & Bald. not. 2. ff. de his qui not. inf. d. l. fin. ubi Alexan. C. de dol. Paul. de Caſtr. conſi. 220. Ego Paulus, col. 2. in princip. lib. 2. Rot. deciſ. 240. pro iniurijs, in no. Aymo cõſi. 271. nume. 5. ubi diligenter ſupradicta cõſiderat.

34 Aliquando huic † actioni redhibitoriæ præſcribitur ſexaginta diebus, & hoc contingere ſolet ex pacto inito inter emptorem & uenditorem, quòd ſi res uendita ſibi diſpliceret eſſet inempta, ne igitur ſemper eſſet in poteſtate emptoris à uenditione recedere, ſtatutum eſt tempus 60. dierum utilium, egregius tex. in l. quod ſi nolit §. ſi quid ita. ff. eo. Ro. in l. ſiquis arbitratu ff. de uerb. obl. vult

quòd

35 quòd illud tempus † ſit præfixum effectua li redhibitioni, non autem ſimplici declara tioni, quod reprobat Alexan. ibi nume. 16. quia eo ipſo quòd redhibet. declarat ſuam uoluntatem eſſe rem ſibi non placere. l. Pau lus ff. rem ra. hab. quod intelligit Iaſ. ibi nume. 24. quando à redhibitione incipit. ſecus ſi à declaratione. quod falſum putat Iacob. Meno. de arb. iud. lib. 1. q. 22. nume. 13. quoniam eo ipſo quòd iſte declarauit intra 60. dies rem ſibi non placere, locus factus eſt redhibitioni; & ſtatim, ac deinde quandocunque poteſt rem apud ſe retrahere, quem tex. ad hoc propoſitum ſingularem dicit Rom. ſing. 705. uendo tibi &c. & ſing. 769. emo à te &c. Quod tempus 60. dierum poteſt per partes immutari, & perpetuum redi, ut in illo tex. probatur. Bald. in l. 2. nnme. 3. C. eod. Iaſ. ubi ſupra Soc. Sen. conſil. ult. libro 3. in fin. Cagn. l. 2. numero 78. C. de pac. int. emp. & uend. Dida. Couar. libro 1. reſolut. capitu. 9.

36 Hinc in facti contingentia † in d. conſ. ult. reſpōdit Soc. per tex. in d. §. ſi quid ita, quòd emptor cui facta erat uenditio ad menſuram poſt 60. dies reclamare nō poteſt, ut menſura ſibi reintegretur ſi deficiat. Intellige hoc dictum ſano modo ſm Dec. conſ. 347. in fi. quā-

do

do fuiſſe dictum à partibus quòd terra debê ret menſurari:ſecus ſi de hoc nihil dictum ſit quia tunc iſta facultas petendi ſupplementum ſecundum numerum expreſſum eſt perpetua, & durat 30. annis l. omnes C. de præſcrip. 30. anno. Abb. in c. per tuas, poſt Imo. de donat. & ratio quòd menſura debet integrari: quia in contractu oneroſo aſſertio qualitatis obligat ad euictionem, ergo & quantitatis, Iaſ. conſil. 73. & 79. libro 3. Neuiz. conſi. 38.

Quandoque etiam duobus menſibus præſcribitur, inquit Caius iuriſc. in l. ſi uenditor
37 hoc tit. Si enim uenditor † de his quæ edicto ædilium continentur non caueat, pollicentur aduerſus eum iudicium redhibitorium intra duos menſes &c. quos duos menſes eſſe
38 dies † 60. oſtendit iuriſc. in l. ædiles aiunt, in princip. ff. eod. Videbatur tamen contrariū dicendum, quia ubi lex duorum menſium mentionem facit qui 61. die uenerit audiendus eſt l. ubi lex. ff. de reg. iur. Non obſtat d. l. ædiles aiunt: quoniam ibi agitur de alia pręſcriptione redhibitoriæ occaſsione acceſsionis rei uenditæ, hic autem quando uenditor non cauit, quo circa ex diuerſis non eſt bona illatio. l. fin. ff. de calum. Attamen in propoſito noſtro dicendum eſt ſolum dies 60. comprehendi.

prehendi, quia de tempore utili tractatur quòd ſingulo menſe dies 30. abſorbet, Alex. conſi. 114. in fi. libr. 5. Dec. in d. l. ubi lex, & poſt eum Cagno. Verum ego dubito an iſtud tempus ſit utile, uel continuum, quandoquidem non ex edicto ædilium uenit, ſed ex interpretatione Caij iuriſc. cuius interpretatio ius ciuile eſt, quo iure tempus continuum eſt inſtit. de perp. & temp. act. in prin. niſi exprimeretur in lege quod utile eſſet, ut ſit in l. quod ſi nolit §. ſiquid ita ff. eod. unde in dubio dicendum eſt quòd ſit continuum. Non obſtat d. l. ædiles in princip. quoniam ibi clarè exprimitur de 60. diebus. & eſt utile, quia ex edicto uenit quod ius prætorium ſapit. §. prætorum, inſtit. de iur. nat. & præſcriptiones prætoriæ ſunt utiles ut ſupra aliquando diximus. Cum tamen ipſe iuriſcon. concedi ab ædilibus dicat, teneas eſſe tempus utile.

Multoties huic actioni præſcribitur etiam 60. diebus, & hoc contingere ſolet quando
39 principale † redhibetur propter acceſſorium, ut equus propter ſellam non præſtitam, uel malè præſtitam. l. ædiles aiūt, in prin. ff. eod. Et propterea quando uenditor oſtendit equum phaleris ornatum, tradere etiam debet ornamenta, & ſi non uult tradere licitum

tum eſt emptori redhibere equum infra illos 60.dies l.eum qui,ubi Barto. §.non ſolum ff. de fur.illud enim uenit in contractu in dubio quod tempore contractus demonſtratur d.l. ædiles aiunt §.Celſus ait.ff.eo. Aret.in §.i du plum,colum.pen.inſt.de act.ſi tamen emptor non vult agere redhibitoria ſed ad ornamen ta poterit perpetuò agere l.2.C. de cõſt. pec. Bal.in l.2.nu.4.C.eo.

40. Emptor † conuentus ad pretium opponit exceptionem redhibitoriam, quod poteſt, quia cui datur actio multo magis exceptio l. nemo inuitus §. cui damus.ff.de reg. iur. tex. in terminis in l.cum in ea cauſa ff.hoc tit.

41. An † per iſtam exceptionem ſit perpetua ta actio? Videtur quòd non, quia ſuper exce ptione non conteſtatur lis c.exceptionem,de lit. cont. in 6. l. eleganter §.ſi quis poſt, de cond.ind.Bal.in l. exceptionem, col. pen. C. de proba. niſi excipiens excipiendo diceret uelle litem conteſtare,quia poteſt, Inno.in c. cum uenerabilis, de except. Et iſtæ præſcriptiones ſua natura currentes non perpetuantur, imò non interrumpuntur niſi lite conteſtata l. ſi eum §.fin.ff.ſiquis caut. Franciſ.Accurſ. diſputando determinauit contrarium per l.omnes actiones, ubi Bato.ff. de reg.iur.

Sed

Sed aduerte, quòd ſecundum Alb. ibi intelligitur perpetuari ita demum ſi interuenit litis conteſtatio, quem ſequitur ibi Cagnol. Io. And. in add. ad Specul. titul. de emp. & uend. §. de reſcind. uend. tenet opinionem Franciſ. Accur. & ſequitur Bald. in l. 2. in fin. C. eo. allegat tex. in l. quod in diem §. 1. ff. de comp. & l. ſi autem. §. fin. ff. de neg. geſt. ſola igitur propoſitio exceptionis perpetuat actionem l. 2. C. ubi in rem actio, Bald. in l. ſi eum §. fin. ff. ſi quis caut. & in l. fin. in princip. ff. de eo per quem fa. erit. Non obſtat, quòd in dubio lis non conteſtatur in exceptione, quia non eſt neceſſe Bald. in l. cum notiſsimi §. imò, in fi. C. de præſc. 30. ann.

42 In uenditionibus † fiſcalibus non habet locum redhibitoria, ſed in uenditionibus ciuitatum ſic l. 1. §. illud ff. eo. & infert Bald. in l. ſi prædiũ, in fin. C. eod. contractus ciuitatis non dicitur contractus fiſcalis, & ratio differentiæ colligitur ex tex. in l. eum qui ff. de uerb. ſignifi. & aliud dici non poteſt, niſi ꝙ fiſco in priuilegium hoc ſit conceſſum. Bal. in l. 1. col. ult. C. de hæred. uel act. uend. Et hoc eſt propter auctoritatem haſtæ fiſcalis, quã facilè conuelli propter utilitatem reipu. non conuenit. l. ſi hypothecas C. de remiſ. pign. Vel ideo, quia fiſcus uitia rerum á ſe uendita

rum

rum ſcire non poſsit, quòd ab eo exigi non debeat, ut illa prædicantur, omninoque utilitatis publicæ cauſa ad res ab eo emendas ſic accedi oporteat, ut qua conditione ſunt eademmet emantur. Vgo Bonel. in d. §. illud.

43 Fideiuſſor † contractus poteſt conueniri redhibitoria l. Latinus largus. ff. eo. ratio eſt ſecundum Bald. in l. fin. nume. 19. C. eo. quia fideiubens in contractibus qui poſſunt per pœnitentiam reſolui uidetur in omnem cauſam fideiubere.

44 Si plures † inierint mercaturam animalium, & aliqua ex eis alicui uendiderint, ſi factus ſit locus redhibitioni, quomodo conſultum erit emptori ut agere poſsit, erit ne in illius electione omnes conuenire, uel illorum alium inſolidum? Paucis hoc deciditur cum tex. in propoſito clarum habeamus in l. iuſtiſſime §. proponitur ff. hoc titu. ubi Iuriſc. ſic determinat, quod emptor poterit contra quem uoluerit in ſolidum agere, dummodo ille cõtra quem agit maiorem, uel æqualem in ſocietate habeat partem: lex enim ipſa præſumit hos mercatores eſſe ſocios, quoniam ita conſuetum eſt, alioquin ſi minorem partem habeat, ſolum pro ſua portione conueniri poterit, & ſic duo ſpecialia habẽtur in hoc iudicio redhibitorio. Primum eſt, quòd illi qui ſo

lidum

lidū modo promiſerunt inſolidum conueniri poſſunt. Secundum ꝙ ille qui cum pluribus contraxit non cogitur litigare, niſi cum uno ſecundum Bald.poſt Iac.Butr.in l.ſi prædiū, nume.15.C.eod. quod pro ſingulari refert Crem. ſin.166. emi à pluribus &c.qui & alio modo exemplificat. Alioquin ſi ageretur a-
45 ctione † ex empto ciuili omnes pro ſua parte conuenirentur, ut in d.§.proponitur,caue tur. niſi ipſi inſolidum ſe obligaſſent iure. C. inſpecto, at iure nouiſsimo authenticorum conſiderato quamuis inſolidum ſe obligaſſent, attamen unuſquiſque pro ſua portione conueniretur, niſi in caſu abſentiæ uel īnopiæ alterius correi.aut. hoc ita C. de duobus reis. Cauti tamen notarij hodie ſolent ex generali ſtilo(quamuis à partibus non rogati) ponere clauſulam, quòd renuntiat beneficio nouarum conſtitutionum &c. ad quæ late uideas pract. Papien.in form.libel.contra plur. reos. Hinc not.dicit Aym. conſil.77.nume.
46 2.quòd plures † rei poſſunt inſolidum conſtitui expreſſe,& tacitè, quod contingere ſolet tacitè,quando unuſquiſque inſolidum obligat ſua bona,quod eſt not. Quando omnes comparerent in iudicio,ſi ſimul uendiderunt & non ſinguli,ſeorſum poſſunt cogi ut unum conſtituant procuratorem l. quod ſi nolit §. ſi uen-

uenditor.ff.eod.& d.§.proponitur, Bald. in d.l. ſi prædium nume. 13. C. eod. adde text. in l. iam tamen §.ſed ſi plures,& ibi Bart. ff. iud.ſol.

47 Si emptor † decedat duobus hæredibus relictis,ſi unus agere uelit redbibitoria,alter uero non? ſolet diſtingui, aut animal uenditum uiuit, & non poteſt agere altero inuito, & ratio eſt, quia uenditor nolens incideret in communionem per partis animalis redhibitionem, ad quod cogi non poteſt l.ſi non ſortem §. ſi centum ff.de cond. ind. Si uerò mortuum ſit, agere poterit; quia tunc tractatur ſolum de pretio ex ſe diuiſibili:dicitur enim quòd labor & pecunia diuiſionem recipit. Facit ad materiam noſtram tex. in d.l. quod ſi nolit §. idem ait in homine, & tunc quilibet procuratorem conſtituere poteſt d. §.ſed ſi plures. Secus eſſet ſi uenditor mortuus eſſet pluribus hæredibus relictis, quia tunc ipſi coguntur unum conſtituere procuratorē, nam ſi ex una perſona originali in plures diſtribuitur obligatio, unus procurator dandus eſt d.l. quòd ſi nollit §. ſi plures, & arg. l. cui fundus, in fin. ff.de cond.& demon.

48 Facta redhibitione uenditor † tenetur reſtituere emptori gabellam quam ſoluit pro

re

re empta (extat enim in multis locis ſtatutum quòd de re uendita ſoluatur gabella) ſimiliter illud, quod proxenetis ex loci conſuetudine exhibuit, non tamen id quod ex ſua liberalitate ſoluit, eſt ad hoc tex. egregius in l. tenetur ff. eo. Bald. in l. ſi prædium, nu. 6. C. eo.

49 Si liber † mendoſus uenditur, ut eum habere quàm non habere expediat, agi poteſt utili redhibitoria (ex liberorum lectura homo ſapientior fit l. fin. ff. ad exhib.) arg. l. ob quæ §. idem Pomponius rectè, & l. 1. §. ſed ſciendum. ff. eod. Azo in ſum. C. eo. Specu. titu. de empt. & uend. §. 1. uerſ. & not. Bald. in d. l. ſi prædium, nume. 4. ſicut in ſcriptura teſtamẽti dicitur uitium ab Imperatore in l. fin. C. de edic. diui Adr. toll. & intellige non ſolum de uitio uiſibili ſecundum not. per Bart. in l. 1. ff. de his qui ante aper. tab. Alex. conſil. 173. lib. 5. & conſil. 163. lib. 7. in fin. ſed etiam inuiſibili, qui non legi, ſed intelligi poteſt. Sciẽtiam enim intellectus pabulum appellat Cicero lib. 1. off. & uitium dicitur in propoſito quod ſe oculis exhibet. l. quęriſ §. fi. ff. eo. facit c. ſi forte, de elect. in 6.

50 Plura † animalia emi, inter quæ reperi unum morbo affectum: tunc ſi unicum pro omnibus pretium conſtitutum: eſt uel pro

S ſingu-

ſingulis, certum pretium, potero agere redhibitoria pro infecto tantum, niſi ſint in aliquo officio coniuncta, ut par boum ad laborandum, ad quod uide tex. in l. ædiles §. cum autem ff. eod. intellige hoc ultimum quã do unicum pretium eſt conſtitutum. ſecus ſi pro unico boue, quia tunc unus tantum, & qui morboſus eſt in redhibitione erit l. cum eiuſdem, & l. ſi plura ff. eo.

51 Ex pacto † uenditor, & emptor receſſerut à contractu iuxta materiã l. ab emptione ff. de pac. & uẽditor rem ipſam recepit, emptor agit redhibitoria ad pretium, quamdiu non adfuerit cauſa propter quam competit hæc actio, nempe propter morbum, unde non ui debatur competere l. debitor §. fin. ff. ad Treb. Tamen utilis in factum competit, cum uenditor propter receptionem rei ſibi præiudicauerit. l. quod ſi nolit §. in factum ff. eod.

52 Venditor † conuentus ad pretium redhibitoria reſtituit illud, nec illi emptor rẽ reſtituit, quia illam non petit, nec ab emptore fuit oblata in iudicio, poterit nihilominus illam petere cum acceſsionibus ad rem, ſi ante conteſtatam emergunt, ueniunt officio iudicis l. ædiles §. item ſciendum. ff. eo. & non ſolum illæ acceſsiones ueniunt quæ perceptæ fue-

fuerunt, ſed etiam quæ percipi potuerunt: quia hęc reſtitutio auctoritate legis fit.l.cum autem §.fin. ff.eod. Bald.in l.ſi prædium. C. eo.nume.5.

53 Emptor † qui redhibuit rem uenditori tenetur promittere de ſuo dato,& facto tex. not. in l. cum mihi ff.eod. Bald. in d. l.ſi prædium,nume.11. intellige quòd includat etiã eum tanquam hæredem alterius, ut not. Bar. in l.ſi ſeruus, la ſeconda. ff.de cond.furt. Bal. in l. fin. C. de act. empt. Alexan. conſi. 18. nume.13.libr.3.Dec. in l.hæredem nu.7.ff.de reg.iur.

54 Si procurator † rem emptam deteriorem fecit,tenetur dominus in iudicio redhibitorio ad damni illius emendationem quando procurator habuit ſpeciale mandatum ad emendum. l. ædiles etiam §. procuratorio ff. eod.aliqua ad huius deciſionis comprobationem mutuanda ſunt à Deci. conſil. 495. Bald. hoc not. in d.l. ſi prædium nume. 17. C. eo.

55 Venditor † noluit recipere equum,qui ſibi reddebatur tanquam morboſus, emptor ligauit eum ad ianuam uenditoris,& receſsit. Venditor timens equum ibi poſſe perire uel propter frigus, uel aliud accidens, ſi autem illum diſligaret poterat uagans alicui noce-

re, tandem illum recepit in domum ſuam, dubitari poteſt, an ob hoc uideatur agnouiſſe redhibitionem? Petr. Iacob. in libello act. in fact. ædil. nume. 2. credit quòd ſic. Conſulit tamen quòd ſanius eſſet illum reducere ad emptorem: ſi nollet recipere, quòd ligaret ad eius ianuam, uel duceret ad iudicem: uel ſi uelit intra domũ ſuam recipere, quòd proteſtetur coram teſtibus, quòd illum recipit ne pereat, & non ex alia cauſa, quo caſu in tuto erit uenditor, arg. l. ſi quis impediat §. plærique filij ff. de relig. & ſump. fun. uel dicat ſaluo iure ſuo, arg. l. ſi debitor §. 1. ff. quibus mod. pig. uel hyp. ſolui. Et eſt not. quia hic caſus frequentius in pratica occurrit.

Quædam alia huc ſpectantia uidere poteris per Bald. in tit. C. eod. per dicurſum, nos ea ſola retulimus, quæ nobis digna uiſa ſunt ſpecialia notâ.

56 Quomodo cõcipiantur † libellus in actione redhibitoria habes à Roſ. in libell. Specu. tit. de emp. & uend. §. de reſcind. uend. à Petr. Iac. in tit. de redhib. ab Aret. in §. in duplum, in fi. inſt. de act.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Duplex eſt actio quanto minoris.*
2 *Hac actio annalis eſt.*
3 *Actor electionem habet agendi redhibitoria,uel quanto minoris.*
4 *Et in illis uariare licet ſi tempora largiantur.*
5 *Exemplum in actione quanto minoris ciuili.*
6 *Differentia inter quanto minoris res eſt,& quanto minoris eſſet empturus.*
7 *Clauſula quanti rei eſt,quid contineat.*
8 *Qualitas perſonæ non alterat communem rei ualorem.*
9 *Prætoria temporalis eſt, ciuilis perpetua.*
10 *Ciuilis quanto minoris datur etiam pro rebus fragilibus.*
11 *Si egi quanto minoris,an iudex condemnare poſſit in redhibitoria.*
12 *Libellus in quanto minoris remiſſiuè.*

De actione quanto minoris. Cap. 3.

1 ACTIO † quanto minoris a eſt duplex Prætoria quæ datur propter morbum.l. quod ſi nolit §.ſi plures, in fin.ff.eo.Ciuilis quæ datur

propter alium defectum l.Iulianus, in princ. ff.de act.emp.

2 Hæc actio † annalis eſt l. ædiles autem, in prin.ff.eod.& hoc nomine nuncupatur, quia res uendita quæ 20.ualeret propter morbum ualet decem l. quòd ſi nolit ff.ſi quis egerit ff. eod.l.Iulianus §.1.ff.de act.emp.l.2.C.eo. Et ſic reſcinditur contractus aliquando in totum, ut quando agitur redhibitoria, uel in parte quando agitur quanto minoris l.redhi-

3 bere. ff.eod.eſtque in electione † actoris utrã uelit intentare, dummodo tempora largiantur.l.ſi is qui hæres, de except.rei iud.l.quod in hærede §.eligere ff.de trib.act.l.cum filius §.uarijs. ff.de leg.2.l. nemo ex ijs §. quoties ff.de regul.iur.

Et propterea uidebatur dubitabile dictũ Bald.in l.ſi prædium C. de ædil.act.nu.9. ubi

4 † concludit, quòd quando competunt duo auxilia, quorum unum eſt breue, alterum maioris ſpatij, ſi denegatũ breue poteſt aliud locum habere l. ſi tamen §.non nocebit ff.e. nec dicitur electum quod eſt præſcriptione abſorptum. Attamen cum lex hoc concedat prædicta ratione illi adhærendum eſt. quod dictũ ſingulare reputat Crem.ſing. 165. poſt ſex menſes. &c.& cum inciderimus in materiam cumulationis uide illam latè tractatam

per

per doct. in l.ædita. C. de æden. ne huc tranſplantem quod ibi conuenit.

5 In actione † quanto minoris ciuili exempli
ficari poteſt, qui fundum ſimpliciter uendit, ſi ſeruitutẽ debeat, talem qualis eſt præſtare debet l. cum uenderes ff. de contrah. empt. competit tamen emptori actio quanto minoris ſi ſeruitutis ignarus rem emit l. quoties ff. eod. poterit etiam ex empto agere l. in uenditione ff. de act. emp. quòd ſi additum ſit optimum maximumque uendi tanquam fides ſeruata non, ſit, nec uenditor pro parte ſua impleuerit, poſſe etiam ad reciſsionem contractus agi uerius eſt. Sed & ſi uicinus ſeruitutem imponi aduerſus emptorem obtinuerit per actionem de euictione pro uidebitur l. pen. ff. de euict. ita ſentit Alcia. in l. qui uti ff. de uerb. ſig.

Aduertendum eſt, quòd Bal. in l. 2. q. 2. C.
6 de reſcind. uend. conſtituit differentiam † in
ter actionem quanto minoris res eſt, & quanto minoris aliquis eſſet empturus, & continet affectionem, & ſingulare propoſitum emptoris, illa intereſſe commune, ideſt quanti res comuniter uendi poteſt, hanc eandem ſententiam per alia uerba ſentit etiam Bart. in l. Iulianus, in princ. ff. ad act. empt. & ſuam opinionem ibi tribus modis exemplificat,

Primò (inquit) emi ſeruum homicidiam: ego ſi ſciuiſſem nequaquam emiſſem; at tirannus charum habuiſſet pro ipſius tutione. Secundò, equum uitioſum doctor aliquis non emiſſet, etiam minimo pretio: Mareſcalcus uerò ſic, quia facile propter artis peritiam curaſſet. Tertiò, Scholaris non emeret librum mendoſum, & lituris plenum: doctor uerò emeret propter ſcientiæ peritiam. Ex quibus conſtat multum intereſſe pretium commune à ſingulari inſpecta emptoris qualitate.

7 Ego didici iuriſconſ. hanc clauſulam † quãti res eſt, ueram rei æſtimationem continere interpretatum fuiſſe l. inter hæc uerba & l. hæc uerba ff. de uerb. ſig. unde aliquod intereſſe in ea conſiderari non poteſt etiam commune, ut rectè docuit Alcia. in illa l. hæc uerba, minuſque in illa quanto minoris eſſet emptturus, cum de intereſſe nullum uerbum, ſed tantum reſpexiſſe iuriſconſ. autumo iuſtum rei ualorem per iura allegata, quod nec etiã Bald. affirmare auſus eſt, ſed ſub credulitatis uerbo reſpondit.

Nec Bart. exempla me mouent; quoniam
8 conſiderandum eſt, quòd qualitas † perſonæ non alterat communem rei ualorem, ut faciat illum tranſire in ſingularem, ſed tantum hoc

hoc agit, ut quod mihi expedit habere, alteri nihil ualet. ſed ex hoc non æſtimatur rei ualor, ſed inſpecta illius ſubſtantia ad not. in l. pretia rerum ff. ad l. falc. & ſic dici poteſt quòd equus morboſus mihi nihil ualet, at Mareſcalco aliquid ualet, quia ſua peritia ad priſtinam reſtituet ſanitatem.

Præterea Bart. in præcitata l. Iulianus, dicit inter ſe differre has actiones, quoniam
9 prætoria † temporalis eſt, ciuilis uerò perpetua: illa datur ſolum de illis rebus de quibus ædiles prouiderunt, hæc pro omnibus. Cyn. in l. 2. de ędi. act. non probat primam Barto. differentiam. Quoniam ſi actio quanto minoris res eſt, temporalis eſt, & repellitur ab intereſſe commune, ergo multo fortius actio quanto minoris eſſet empturus debet eſſe temporalis, & repellere ab intereſſe ſingulari: quia iura ſingularia facilius tolluntur & breuiori tempore. l. in honorarijs §. ſed cum reſciſſa. ff. de act. & obl. & l. ius militis §. militia. ff. de teſta. mil. Sed cum ciuilis ſit tolli nõ poteſt niſi 30. annorum ſpatio l. 2. C. de cõſt. pec. igitur hęc Barto. differentia uera eſſe nõ poteſt.

Vnde Bald. in d. l. 2. q. C. de reſcind. uend. ut tollat hanc contrarietatem, dicit quòd duplex eſt quanto minoris ciuilis, duplex quan

to

to minoris prætoria. Nam cum in hoc contractu conſideretur intereſſe ſingulare,& cõmune, datur electio emptori an agere uelit quanto minori s eſſet empturus.ſed differunt tempore, quia differunt iuxta rei naturam. Nam ædiles ſolum animata conſiderant,quę ſunt fragilia,& corruptibilia, & ideo nõ erat conueniens, quòd actio eſſet perpetua ſuper fragili materia, ſed ius ciuile conſiderat inanimata quæ ſunt maioris durationis communiter,ut patet ad ſenſum.

Hæc Bald.conſideratio ſubtilis eſt, tamen
10 non generalis,quia ciuilis † quanto minoris datur etiam pro rebus fragilibus & corruptibilbus, ut in ſecunda differentia Barto. & probat text.in l.ex empto §. ſi quis uirginem ff.de act.empt.propterea tenendum eſt,actionem quanto minoris res eſt eſſe prætoriam, & actionem quanto minoris empturus eſſe eſſet ciuilem,utramque continere iuſtam rei æſtimationem per ſupradicta. Sed in hoc ſtat illarum differentia, quia prætoria datur pro morboſis,ciuilis uero propter alias cauſas, quæ rei ualorem minuunt, & non aliter ſic diuerſo nomine appellantur niſi ut una ab altera cognoſcatur, cum à diuerſo oriantur fonte.

11 Egi † quanto minoris contra te, modo res

erat

erat quaſi inutilis, adeo q̄ pro nihilo emiſſem. An poterit te iudex cōdemnāre in redhibitoria? Quillibet diceret quòd non: quia ſententia iudicis debet eſſe conformis libello l. ut fundus ff. communi diuid. c. licet Hely. de ſimo. In contrarium eſt caſus ſingularis in l. boues §. aliquando ff. eod. quod tamen ſingulariter limitat ibi Ang. ſi modo egi quanto minoris infra ſex mēſes, & ſic aliud eſt ſing. ubi quanto minoris expirat ſex menſibus contra l. 1. & 2. C. de ædil. act. Sed iſtud non eſt mirabile, quia ex quo iudex omittit illā quanto minoris, & amplectitur redhibitoriam, tunc redhibitoria durat ſolum ſex mēſibus ut in iuribus ſupra allegatis. & hoc prius animaduertit Petr. Iacob. in forma libel. de act. quanto minoris, nume. 3. allegat tex. in l. ſi is qui hæres. §. 1. ff. de excep. rei iu. ultra d. §. aliquando. Et ibidem aliud not. admonet. quòd ſi emptor nondū ſoluto pretio cognouerit equū eſſe morboſum, & ſic ſciens ſoluerit pretium, poſtea nō poterit agere nec redhibitoria, nec quanto minoris, arg. l. 2. C. his quę ui met. & c. & l. pen. ff. de con. ob turp. cauſ. Alia quæ hic deſunt ſupplebis per ſupra
12 dicta in materia redhibitoriæ, libellum † q̄ in hac actione concipies ſecundum doct. citatos in capite pręcedenti.

S V M M A R I V M.

1 *Actio ædilitia in factum eſt ſubſidiaria.*
2 *Dubitatur an ſit temporalis uel perpetua.*
3 *Competit aliquando pro animalibus nocuis.*
4 *Libelli formula remiſſiuè.*
5 *Citantur plures loci remiſſiuè de materia tractantes.*

De actione in factum ædilitia. Cap. ult.

QVOTIES ſupradictæ actiones nõ competunt recurrendum eſt ad
1 actionẽ † in factum ædilitiam,de qua meminit iuriſc.in l. ꝙ ſi nolit §.in factum actio.ff.eo. Soletque ut plurimũ competere, quando facta rei redhibitione uenditor moratur pretij reſtitutionem, cum enim iniquum ſit ut quis re,& precio fruatur l.emptorem §. cum autem ff.de act.emp. placuit hac actione ipſum uenditorem cõueniri poſſe,&,tunc amplius nõ quæritur an res ſit in redhibitione, cum iam ſit facta reſtitutio, ſed ſolum pretij reſtitutio petitur.Sed dubita
2 tur an iſta † ſit temporalis,uel perpetua?Spec. tit.de emp. & uend.§.de reſcind.uen.tenet ꝙ

ſit perpetua, quia eſt rei perſecutoria l.in honorarijs ff.de act.& oblig. Verum Petr. Iac. in libel.huius actionis in fin. tenet ꝙ ſit temporalis quia ædilitiæ actiones licet ſint rei perſecutoriæ, tamen ipſæ ſunt temporales, ut not.in l. ædiles autem, in princ.ff.eo.

3 Competit † etiam quando eo loci quo iter uulgo fit habeat quis canem, Verrem, aprum & ſimile animal, quod poſsit nocere ſiue ligatum ſiue ſolutum.l.hi enim,& ſeq.ff.eod. qua tamen pœna huiuſmodi puniantur ponit Meno.de arb.iud.lib.2.caſu 366.

4 Formabis libellum † in hac actione ut docet Petr.Iacob.in forma lib.huius actionis.

Cætera quæ hic deficiunt ſi nõ graueris po
5 teris ultra iam relatos doct.uidere † per Alb. Ang.Cepol.& alios in hoc tit.ff.& Saly.& Io. Fab. in C.de ædil. act.Bal.conſ.385.lib.3.Signor.conſi.53.Anch. conſi.222.col.2. Barb. conſ.56.col.2.lib.2.& conſ. 49. col.5. lib.4. Anan.c.ad fin.de homi.Aquen.in l.ſi quis cũ aliter,ad fi.ff.de uerb.obl.

SPES MEA CHRISTVS.

que ſit , grato tibi illum trado animo, illumque, ut diligenter legas, hortor, multa enim in praxi utilia compilaui. Vale.

13-3. A-3

EIVSDEM
GASPARIS CABALLINI
IVRISCONSVLTI
ADDITIONES
AD TRACTATVM
DE EVICTIONIBVS.

13-3.A-3

REVERENDISS. AC ILLVSTRISSIMO D. GABRIELI PALEOTTO, CARDINALI AMPLISSIMO.

Gaſpar Caballinus I.C. S.

CVM vis ingenij (*Illuſtriſſime Antiſtes*) *inſita ſit à perfecto perfectius indagare. Et omne artificium* (*ut Martianus Juriſc. ait*) *longo ſtudio, atque exercitatione incrementum recipiat, poſt primum mei tractatus de euictionib. editionem iam triennio elapſo abſolutam aliqua inter ſtudendum deprompſi, quæ vt perutilia nouè*

nunc addidi, & in operis calce imprimenda curaui. Decreueram & alios meos labores in iure ciuili ſummis vigilijs, indefeſſoq; ſtudio explicitos in ordinem redigere, nempe de excuſſionibus, de ſimulatis contractibus, de contractibus minorum, atque mulierum ad formam ſtatutorum celebrandis, de molendinis, de ſtatutiſq;, verum huiuſmodi nomenclaturæ hanc poſtremam manum admoui. Poſtquam enim ſacris initiatus ſum ad Theologiæ ſtudium animum tranſtuli, quod cum excellentius quàm cætera obiectum habeat, eo diligentius annitendum eſt, vt optatam metam peruigili ſtudio pertingamus. Nam Deus creauit rationalem creaturam, vt ſummum bonum intelligeret, intelligendo amaret, amando poſſideret, poſſidendo frueretur. Et propterea Chriſtianus homo in hoc excellere pulcrum putare debet, vt æternam fælicitatem, ad

quam

quam creatus eſt conſequatur. Spero equidem hoc munus breui abſoluturum, cum in vtroque iure diu verſatus ſim, fereq́; in eo viribus attritus, maximi adiumenti mihi erit ad celerem huius facultatis expeditionem. Deo interim ſupplices preces gemitibus inenarrabilibus porrigo, cum ab ipſo omne bonum optimum, & omne donum perfectum procedat, ſapientiamq́; affluenter det, & non improperat, vt ſpiritum det bonum, ſuamq́ue mihi gratiam donet. Tu hæc interim obiter & aliud agens perlege, & mei memoriam habe. Patauij X. Kalend. Maij. M. D. LXXIII.

ADDITIONES NOVAE AD TRACTATVM DE EVICTIONIBVS

EIVSDEM AVCTORIS.

PRAEFATIO.

A MEIS] Oratius lib. 2. Serm. Sat. 3. Sic puerilius ijs ratio eſſe euinces amare.

B EVINCITVR] Euincere eſt (vt uerbi uis, & ratio facilè indicat) uincendo aliquid ab aliquo auferre & conſequi. Vnde in diſputando, atque omni orationis contentione, quod ui argumentorum, ac dicendo ab aduerſario extorquemus, ut concedat, euincere ab alio dicimur. Eoq; modo nunc accipitur. Sed quoniam uerbo iuris utimur, & in contentionibus ciuium inter ipſos de rebus, negocijsq; omnibus, quæ iuribus ſuſcipiuntur, hæc una uincendi ratio eſt, ſi iure, iudicioq; agamus. Vnde actio definita eſt, ius perſequendi non ui, aut alia ratione, ſed iudicio, quod nobis debeatur. Eo fit, ut euincere hoc loco id ſit, rem non quouis modo, ſed per iudicem auferre & auocare ab

re ab emptore, uincere denique iudicio rem illius non eſſe, de qua quæritur. Tunc rem euictam intelligi, & (quod quærimus) tunc emptori aduerſus uenditorem regreſſum eſſe propter euictionem, cum emptor de ea re, quam emit, iudicio uictus ob eam cauſam, ꝗ res actoris non erat, quodq; per eum rem obtinere non licebat, eam dimittere, eamque cedere coactus eſt.

SVMMARIVM.

1 *Actio euictionis duplex.*
2 *In quibus conueniant, in quibus diſconueniant.*
3 *An illarum electio, & variatio detur.*
4 *An idem permittatur dupla non promiſſa.*
5 *Emptori ut pro euictione actio competat, quæ requiruntur.*

C 1 EVICTIONE} Actio † euictionis nomine duplex. Vna ex empto, quæ ſine quid de euictione promiſſum eſt, ſiue non eſt, ſemper iudicij poteſtate continetur. l. ex empto, de act. empt. de qua ſic Paulus ait. Euicta re, ex empto actio non ad precium dumtaxat recipiendum; ſed ad id, quod intereſt, competit. l. euicta, eo. tit. id eſt, quod intereſt euictã rem non eſſe. l. cum ſucceſſores. C. eo. Altera

eſt

eſt ex ſtipulatione duplæ certi condictio, ubi ea ſtipulatio interpoſita eſt, aut ſimplæ, quibus in cauſis eam tantũ ſtipulari poſſumus, ut ſi ſtipulatio interpoſita eſt, liceat alterutra actione experiri. l. ſi tibi. C. eod. Sed huic tantum (vt dixi) locus eſt, cum ſtipulatio nominatim interpoſita eſt, illa tum maximè cum nihil conuenit. In hac cætera cum actione ex empto communia. Nam, & emptori competit re euicta, & aduerſus uenditorem, hæredesque uenditoris. Illud proprium, quod hæc quantitatem certam perſequitur, illa incertam, nimirum quod intereſt, quod temporibus, & perſonis, & locis, & negotijs uariè mutari poteſt.

2 Et ſpecialius explicando, ſtipulatio † duplæ & actio ex empto (quantum ad præſentem materiam) conueniunt in duobus, & differunt in alijs. Primò, conueniunt in hoc, quod ſicut ſtipulatio habet duplex ſimplum, ſiue ſimplum duplum, uidelicet, primum loco rei uel precij, ſecundum loco intereſſe ſurrogatum & adiectum iure conſulente & approbãte. §. fi. inſt. de uerb. oblig. l. fi. de præt. ſtip. ita actio ex empto habet duplex caput, ſcilicet, ad precium & intereſſe. Secundò conueniunt reſpectu primi ſimpli uel capitis, uterq; enim actio (quantum ad hoc) habet ſe uniformiter, idque ratione eiuſdem ſubiecti. Vt ergo

ſtipulatio

ſtipulatio ſemper committitur pro rata precij, ſiue totius, ſiue ueræ partis rei euictæ, ita & actio ex empto quantum ad primum caput, quod precium reſpicit. Differunt autem quantum ad ſecundum ſimplum uel caput, quia in ſtipulatione duplæ alterum hoc ſimplum, quod loco intereſſe ſurrogatur, ſemper eſt æquè uniforme, quia de uniformi duplo precij, ſiue totius rei, ſiue partis euincendæ tranſactum eſt cum incerto caſualis intereſſe, quod aliàs poſſet eſſe maius, uel minus pcio. Itaque ſtipulatio iſta nullatenus concernit intereſſe, nec ab eo pendet, quamquam loco eius ſurrogatur, ſed ſolum concernit factum euictionis, tanquam euentum cõditionis ſub qua concepta eſt, & à qua pendet, ſiue aliàs a interſit, ſiue non, aut pluris uel minoris interſit, & ſic tota re euicta ſine alia diſtinctione committitur in totum, parte uerò euicta pro rata partis tantùm. Secus in actione ex empto, quæ ex primo quidem capite, quo competit ad precium, ſemper habet certam uniformem quantitatem pro rata rei euictæ, ſed non ex ſecundo capite, quod competit ad uerum & iuſtum intereſſe caſuale. Præterea differunt, quia ad hoc ut committatur hæc ſtipulatio requiritur rem ipſam per iudicium euinci, uel eius partem, quæ propriè & uerè uenit appellatione partis, puta, quota indi-

uiſa,

uiſa,uel portio diuiſa,uel uſusfructus,ut in l. naue.l. ſi ab emptore. de euict. quia uſusfructus eſt pars rei & dominij.l.4.de uſufr.Secus ſi euincatur quod poſt uenditionem natũ eſt ex re, puta, partus uel fœtus. l. ſi prægnans.l. uaccæ.de euict.ſed ex empto agitur. l.uenditor hominis.eo.tit.l.non quacunque.§.Iulianus.de leg.1. Intantum, ꝙ ſi Ancilla etiam iã prægnans uendita ſit ſub conditione duplæ ſi poſtea decedat relicto partu,qui poſtquam adoleuit,& eſt magni ualoris, euincitur,ex eo ꝙ ipſa ancilla non ſpectabat ad uendentem, ſed ad euincentem, licet partus uideatur ſurrogatus loco matris, eamque eodem iure repræſentare, prout eodem iure ex defectu iuris in matre euincitur, & ſic ſatis dicatur ancilla euinci in partu, & inſpecta cauſa euictionis, quodque ſi ancilla uiueret pariter euinceretur, tamen non committitur ſtipulatio duplæ nec in totum nec in parte, nec pro rata quidem partus, uel embrionis tempore contractus inſpecto, quia non erat propriè pars quota,uel integralis ancillæ,& ſic remanet ſola actio ex empto. Pariter ſi membra quædã matris uenditæ,puta,uelum, gubernaculum, uel membra domus, ut quædam cementa,uel tabulæ euincantur,non committitur ſtipulatio duplę in aliquo,nec in totum, nec pro parte rei euictæ, quia non eſt res empta, nec eius

pars

pars homogenea, cui competat appellatio rei emptæ. Ideo ceſſat ſtipulatio, quæ ad ipſam rem emptam concepta eſt, ſed locus eſt ſimplici actioni ex empto. l. emptorē. l. ſi quis rem, de act. emp. l. naue. l. ſcapham, de euict. Pariter ſi quælibet ſeruitus alia ab uſufructu euicta ſit ceſſat ſtipulatio, quia non dicit res, nec pars homogenea rei euictæ, ſed tantum locus eſt actioni ex empto. l. cum fundus, de euict. Rurſus etiam ſi pars quota, puta, dimidia pro indiuiſo ſerui uenditi euincatur, nondum committitur in aliquo ſtipulatio duplę. l. ſi dictum. §. in ſtipulatione, de euict. niſi per diuiſionem alteri adiudicetur. l. ſi mancipiū. §. ſi communi diuidundo, de euic. Tamen ſtatim cōmittitur actio ex empto pro rata partis. Et quamuis Cyn. & Alber. qui eum tranſſcribit in l. 2. col. fi. C. eod. poſt Petr. ibi. multum ſuper hoc inuoluantur, quia aliàs ſtipulatio duplæ etiam pro parte committitur non ſolum in fundis, ut l. ex mille, de euict. ſed etiā in rebus animatis. l. uaccæ, eod. tit. Verior & expeditior ſolutio eſt Io. quam Iac. Butrigar. Alb. Bar. Bal. ſequuntur in l. 1. de euict. ſpeciale eſſe in homine, qui non cenſetur tam facilè diuidi poſſe, prout nec alijs rebus accedere. l. iuſtiſsimè, de ædil. edic. Quæ ſcrupuloſitates & differentię procedunt propter odioſitatem ſtrictamque naturam ſtipulationis duplę, quę

ſtricti iuris eſt, contra quam etiam in dubio fit interpretatio.l. ſtipulatio iſta habere licere.§.in ſtipulationibus, de uerb.obl. Contra uerò actio ex empto bonæ fidei eſt, & etiam fauorabilis,cum non competat ad ueram pœnam,ſed ſubſiſtere oportet, & probari uerum & iuſtum intereſſe, meritò in ea plenior fit interpretatio. Hinc eſt etiam q̃ ſtipulatio duplæ non committitur, niſi habere non liceat propter ipſam euictionem.l.ſi ſeruus,de euic. ſecus ſi emptor ſuccedat dño rei, licet hoc probare uelit, tamen non poteſt agere ad duplum.l.ſi uendideris, de euict. ſed bene poterit agere ex empto.d.l.ſi uẽdideris. l.ſi ei cui, in fi.de euict.Quod intelligendum eſt,quatenus defunctus tempore obitus poterat uindicare, uel aliter euincere, uel is à quo emptor etiam ex cauſa merè lucratiua (non tamen contemplatione uenditoris) uerum ius acquirit.l.Iulianus.§. ſi fundum,de act. empt. Idem ſi res aliter quàm in iudicio euincatur. l. non tamen, de euict. Moder.Pariſienſ.in l.j. nu.122.cum ſeq. C. de ſent. quæ pro eo quod int.prof.

Sed circa prædicta oritur neceſſaria quæ-
3 ſtio. An † ſtipulatione duplæ commiſſa electio ſit emptoris agere, uel ex empto. Et an una electa redire poſsit ad aliam,ſaltem quatenus in ea plus eſt? Breuiter dicendum quòd ſic,

ſic,per tex.in ſimili in l.prædia,de act.emp.in l.ſi quis à ſocio,cum l.ſeq. pro ſocio. facit.l.ſi emptori duplam, ad ſi.de euict. Nihil enim aliud eſt ea ſtipulatio, quàm quædam pœna loco probationis intereſſe appoſita.§.ſi.inſt. de uerb.obl.cum uulg. ubi tamen non intelligitur excludi actio uetus ad intereſſe,nec alioquin in dubio cenſetur ſtipulatio, ſiue æquè principalis,ſiue pœnalis nouandi cauſa interponi.l. fin. C.de nouat.ſed ſimpliciter fauore creditoris,faciunt not.in l.quamuis, de pign. act.facit.l.ſi ſeruus.l.non tamen, de euic.quæ probant per hanc ſtipulationem non eſſe ſublatam actionem ex empto,ſed hanc efficacem eſſe, ubi ſtipulatio ob ſtrictam ſui naturam
4 deficit. Sed quid † ſi per ſtipulationem non eſt promiſſa dupla,ſed minus. An tunc poterit eligere,uel uariare? Dicendum ꝙ non,per text. in fortiori in l. emptori duplam. §.ſimplam,de euict. Vbi ſi ſimplam pro dupla ſtipulatus ſit emptor, ita demum ſupereſt ei actio ex empto quanto minus ſtipulatus eſt, ſi per errorem ſimplā pro dupla ſtipulatus ſit. Secus igitur ſi ſcienter,& ſic ſtipulatio ſimplę ſcienter interpoſita cenſetur facta cauſa limitationis, quod eſt intelligendum, quando eſt interpoſita cum ipſo principali, & pro ipſa euictione,uel eius quantitate,uel in caſum euictionis, & ſic tāquam principalis conuentio,
nec

nec apparet de alia diuerſa mente contrahentium. Secus ſi adiectum ſit ſine præiudicio damnorum, uel maiorum damnorum, & intereſſe, uel ſi nihilominus promiſſa ſint damna & intereſſe. Item ſecus ſi ita ſtipulatum ſit à fideiuſſore, quia tunc operatur quod non fideiubet in omnem cauſam, ſed uſque ad ſummam expreſſam tantum. Secus etiam ſi ſint plures uenditores, & emptor ab uno ſimpliciter ſtipulatur ſimplam, quia etiam ſi de alijs nil ſit dictum, cenſentur obligati iure cōi ſecundum naturam actionis ex empto pro partibus ſuis. Is autem à quo ſimplum ſtipulatus eſt (niſi relatio facta ſit ad precium conuentum, uel quantitas expreſſa) non tenetur de toto precio, ſed pro parte ſua precij, quæ reſpectu eius eſt ſimplum. Item ſecus ſi ſtipulatio non ſit interpoſita principaliter, uel ſimpliciter, ſed nomine pœnæ, & idem in pacto ceteris paribus. Moder. Pariſien. in dicta. l. 1. num. 120.

5 Tria † concurrere oportet antequam de re aliena diſtracta emptori competat actio aduerſus uenditorem. Vnum, ut res certò emptori ablata ſit, ut eam illi habere non liceat. l. 3. C. de euict. l. ſi prius. §. nota. & l. habere licere. ff. eodem. Alterum, ut iudicio ablata ſit. l. non tamen. ff. eodem. Tertium, ut ob eam cauſam ablata ſit, quòd aliena eſſet, neque

l. . . .   eam

eam per uenditorem emptori habere liceret.

§. I.

A *Auctori*] Auctorem laudare, ueteres dixerunt, ſcilicet, illi litem denuntiare. l. Herennius. ff. eod. l. auctori. C. eod. Auctorem enim generaliter appellamus uenditorem, & generaliter quiſquis eſt, à quo rem ex uenditione, donatione, permutatione, aut alia qua iuſta cauſa nobis traditam accepimus, qui nobis habendi, ſcilicet, & poſsidendi cauſam & initium dedit, denique qui, cur rem haberemus, nobis auctor eſt. l. apud Celſum. §. de auctoris, & §. auctori, de except. dol. Laudare uerò veteribus dictum eſt idem, quod nominare & citare, vt teſtatur Gellius lib. 2. cap. 6. & Macrob. lib. 6. cap. 7.

§. II.

A *Duplum*] Sed quæritur ſimplũ illud, quod in ſtipulatione duplæ includitur, quid eſt? Breuiter dicendum, rem ipſam principaliter debitam, uel in diſpoſitionem deductam certæ quantitatis, uel naturæ, cui accedit extrinſecus obligatio ad intereſſe. l. vn. C. de ſenten. quæ pro eo quod int. prof. Vnde conſiderandum eſt, quòd in uenditione, in qua tota res uendita certo ſuo toto precio communi con-

ſenſu

ſenſu adpreciatur, precium ipſum in effectu dicitur ſimplum, ſeu (proprius & preſsius loquendo) ipſa res uendita, quæ eſt uerum ſimplum, omnino cenſetur eſſe tanti, quanti uendita eſt. Ita ꝙ precium, etiam ex parte emptoris ad intereſſe agentis, uocatur & in effectu eſt ſimplum, tex. eſt rotundus in l. cum & forte, de actio. emp. in l. ſi in uenditione, de euict. Et hoc etiam ſenſus communis oſtendit. Amplia ſiue res fuerit uendita æquali, ſiue inęquali precio. Vt enim ſi emptor domum tunc ualentem mille emerit quingentis tantū, re non tradita uel euicta, non poteſt pro ſimplo petere, niſi quingenta, quæ ſoluit. Ita ſi eandem rem duobus milibus emerit & ſoluerit, re nō tradita, uel euicta, uerum ſimplum erunt duo milia, & ultra ſenſum communem hoc probant omnia iura in materia euictionis, quæ diſertè aiunt, non ad rem agi, ſed ad precium, ſcilicet, conuentum & ſolutum, text. in l. Titius, in fi. uerſ. non enim, de act. emp. l. ſi fundo, in princ. l. ſi in uenditione. l. euicta re, 2. l. ſi plus, in prin. de euict. l. ſuper empti. C. eod. ut nulla lex ſit in toto iure, quæ dicat de euictione agi ad rem, ſed ad precium, & in id quod intereſt, uel ſimpliciter in id quod intereſt, & tunc largè accipitur, & ſimplum ſuum comprehendit. Non obſtat. l. cum ſucceſſores. in fi. C. eod. quia concordat, ut ibi glo. & Doct.

rectè exponunt. Non obſtat. l. quòd ſi nulla, in prin. de hæred. uel act. uend. Vbi ſi res uendita ad uenditorem non ſpectat, debet æſtimari, ut ſic ad æſtimationem agatur. Quia hoc ibi dicitur ad finem augendi actionem, ut ſiue pretium nondum ſit ſolutum, exigatur qđ ſuperualet precio, ſiue precium ſolutum ſit, exigatur maior æſtimatio, non autem ad finē reſtringendæ actionis, ſi fortè ea hæreditas minoris æſtimetur, quàm empta ſit, ſed tunc totum ſolutum precium ad minus repetet. Imò etiam ſi quid præterea iuſtè interſit, nec ſuperfluum precij cedet lucro non implentis quaſi uerè impleuiſſet. Moder. Pariſienſ. in d. l. un. num. 66. 69.

SVMMARIVM.

1 *Conſideratio ad textum in l. 1. §. fin. C. de bonis maternis.*

2 *Duæ incidentes quæſtiones pro illius. §. intellectu.*

B 1 PATER. Dum † in l. 1. §. fi. C. de bon. mat. dicitur. Patrem uenditorem teneri edocere rem uenditam proprij iuris fuiſſe, & ꝗ emptori licebit, ſi noluerit, petere ſatiſdari. &c. Ecce tex. apertum iun. glo. in l. 1. in fi. C. de anna. exceptio. ꝗ licet filius non poſsit patre uiuente agere,

agere, & rem aduentitiam à patre uenditam uindicare.d. §.fi.de ann.exce. tamen emptor poteſt contra patrem agere, ut doceat rem uenditam proprij iuris eſſe, aut quòd euictio nis nomine ſatiſdet.d.§.fi. de bon.mat. Si ergo emptor agere poteſt, ut doceatur res propria, ſiue libera, multo magis ſi precium peta tur excipere poterit. l.inuitus. §. cui damus, de reg.iur. Et quamuis Bar.ibi reprobata gl. teneat ementem a patre rē, cuius proprietas ad filium pertinet, tanquam propriam ipſius patris, non poſſe contra patrem agere, ut ſatiſdet euictionis nomine, cum filius donec ex tat in patris poteſtate agere non poſsit, & ſic euictionem non dici imminere, uel quaſi in li mine contractus. Quia reſpōderi poſſet Bar. loqui in caſu ſpeciali, & ſpecialitatis ratio ad duci poteſt, propter reuerentiam quam habe re debet filius erga patrem, & poteſtatem quam in filium habet pater, quarum occaſiòne lex erubeſcit eſſe caſtigatores parentum. §.ſed quod ſancitum eſt, in auth.de nupt.quē citat Alb.in d.§.fin. Superior tamen ſententia uerior eſt, & æquior ad emptoris beneficium, cuius indēnitatem proſpicit lex & Imperator in d.§.fi.Placet igitur ſubijcere quan dam diſtinctionem quam in ſimili ſecutus eſt Senatus Subalpinus. Aut uenditor tempore uenditionis bona habebat, in quibus per hy-

pothecam indemnitati emptoris in caſum euictionis cautum eſſe poterat, & tunc non teneatur uenditor ſatiſdare. Aut uenditor bona non habebat, ex quibus emptori cautum eſſe poterat, & tunc de indemnitate emptoris in euentum conditionis ſatiſdare teneatur. Si uerò nec bona habeat, nec ſatiſdare poſsit, reponendum tunc erit precium in emptionē bonorum immobilium, quæ emptori hypothecata in caſum euictionis remaneant, uel apud tertium uirum probum ſequeſtrandū, ad uenditoris tamen utilitatem, donec cautū emptorem fecerit, arg. eorum quæ not. glo. in l. 4. C. de uſufr. Aret. in l. 2. col. 5. ſol. mat. Ruy. conſil. ult. nu. 25. lib. 2. Rot. Pedem. deciſ. 24. num. 13. cum ſeq.

2 Sed primò † incidenter quæritur. An ipſe pater alienans poſsit rem uindicare ab eo in quem alienauit? Videretur non admittendus ex regula uulgari. l. poſt mortem, de adopt. ubi gl. & Doct. not. ꝙ nemo audiatur contra factum proprium. l. cum profitearis. C. de reuoc. donat. Secundò ex alio, quia quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio. l. uindicantem, de euict. Quibus nō obſtantibus dicendum eſt, patrem alienantē contra prohibitionem. d. l. 1. C. de bon. mater. ex ea admittendum ad irritandam alienationem, & rem uindicandam nomine filij, ſm gl.

expreſſam Bal.Saly.& alios in l.cum à matre. C.de rei uend.arg.l.quemadmodum. C. de agric.& cenſ.lib.11. quam not. glo.in d.ll.pro eorum limitatione, ut non procedant quando alienatio fit contra legem,& ita Alb.& Salyc.in d.l.uindicantem, Bald.in l.1. C.de lib. cau. & alios referens tradit Iaſ. in l. iuſiurandum.§.procurator,nu.30. in fi. de iureiuran. Secundò reſpondetur ad d. l. uindicantem,ꝙ ibi repellitur uenditor ſi ueniat iure proprio contra alienationem quam fecit, hic autem pater obligatus ex ſua perſona reuocat iure & nomine filij, ut eius adminiſtrator, quod generaliter licet ſecundum Salyc. in d.l.uindicantem, Alb.in d.l.poſt mortem, col.3.uerſ. ſecundo.Alex.conſ.109.num.4.lib.4. qui adducit arg.ex glo. in princ. inſt.quib.alien.lic. uerb.interdicta. Pro quo faciunt Bal.Nouell. tract.de dot.7.part.prin.lim.12. Campeg.de dot.part.4.limit.20. Bar.in l.cum uir,nu.13. de uſuc. ubi etiam Imo. Idem probatur magis ex cap.ſi quis presbyterorum, ſecundum communem intellectum,de reb.ecc.non alie. Ibi enim prçlatus alienans rem eccleſiæ contra iuris præcepta poteſt eandem rem uindicare nomine eccleſiæ, quia tunc cenſetur altera perſona, ſecundum Imo. & alios ibi,& nouiſsimè Beroum,num.46. ubi ita generaliter limitat regulam . d. l. uindicantem, quod in

terminis decidit quæſtionem noſtram. Et ita ceſſant, quæ ex alijs tradit Tiraq. de retrac. prox.§.26.gl.2.nu.7. & ita reſidet Arrius Pinel.in l.1.C.de bon.mat.par.3.nu.74.

Secundò incidenter quæritur. An filius admittatur ad irritandam alienationem factã à patre? Videretur dicendum ꝙ non, cum ante finitum uſumfructũ patris ius agendi non ipſi filio, ſed patri competat in aduentitijs, & filiusfam. regulariter non agit, iux.l. filiusfa. de act.& oblig. cum traditis in l.fi. §.neceſsitate. C.de bon. quæ lib. Nec quis ante diem agendo auditur.l.j.§. dies, quan. di.uſuf.leg. ced. Hoc apertè probari uidetur in l.1.§.fin. C.de ann.excep. Bart.in l.ſi conſtante, nu.63. ſol.mat. Bellon.conſil.24.nu.5. Ex ea de pact. num.214. His non obſtantibus contrarium reſpondendum eſt, quoniam impedimentum iuris tantum eſt ex poteſtate non ex uita patris. Aduerto etiam ꝙ lex fauet liberis, ne durante patria poteſtate præſcriptio currat, ſed eis non adimit facultatem agendi ꝯ alium, quia æquum non eſſet, ut patre alienante aduentitia filij, non poſſet filius eo uiuente admitti, Bal.in l.fi.§.in computatione.C.de iu. delib. Fab.in auth. nouiſsima, nu.239.& ſeq. C.de inoff.teſta. Pariſ.in c.1.num.24. de præſcrip. Iaſ.conſi.56.col.3.uerſ.confirmat, lib.3. In quo §.in computatione, probat Bald. filiũ

audiendum

audiendum,& patrem compellendum ꝯſentire filio,licet pater ipſe promiſerit, ſe nunquã uenturum contra alienationem. Non obſtat d.l.1.in fi. C.de anna.except. quia uerba illa, quæ filijs poteſtatem agendi negare uident, non præciſè nec omninò negant. Obſtaret enim æquitas, & ratio uitandæ fraudis,obſtaret etiam deciſio.l.Imperator, ad Treb. unde uerba d.§.fi.referri poſſunt ad regulam.§.neceſsitate, ubi dicitur, filium agere non poſſe, quia non poteſt regulariter agere ſine conſenſu patris,cuius eſt adminiſtratio,& ius agendi in aduentitijs, ex reg. d.l.1. C.de bon.mat. & l.cum oportet.C.de bon.quæ lib. Satiſque uerificantur ea uerba attenta regula prohibente filium agere, attenta etiam difficultate qua filius prǽſumitur ex poteſtate patris,arg. tex.in l.in coniunctione.C.de nupt.tex.& gl. in l.1.§.quæ onerandæ. qua.rer.act.non dat. Quibus attentis, ſatis dicitur nō poſſe,quod ſine magna difficultate fieri nequit. l. qui cũ maior.§.1.de bon.libert. Confirmatur etiam ex deciſione d.l.Imperator, ibi enim auditur filiusfam. contra iniquam alienationem patris in bonis, in quibus ſpem non dominium habet à fortiori ergo in aduentitijs ſm Paul. & Alex. ibi. Et ita aliàs in alienatione feudi admittitur ſtatim filius,ut in cap.1.§. Titius, ſi de feud. fuer. controuer. int. dom.& agna.

Et conſultius eſt, ut filius quamprimum audiatur, ne lapſu temporis difficilior fiat reuocatio, Arrius Pincl. in authen. niſi. C. de bonis matern. num. 44.

C *L. Fideiuſſor* } Aduerte pro intellectu d. l. fideiuſſor. Quamquam autem certo fundo uendito & euicto non teneatur uenditor, niſi ad precium & id quod intereſt, tamen offerendo rem per euictionem non deterioratam liberabitur à precio. Et ſic omnino ſufficit, ꝙ rem & id quod intereſt offerat, quo facto non ſupereſt amplius iudicium, niſi ſuper extrinſeco intereſſe æſtimando, caſus eſt in d. l. fideiuſſor, qui ita planè debet intelligi, reiectis intricationibus & ſophiſticationibus Accurſ. & Doct. ibi, & in l. ſi inſulam, de uerb. obligat. Circa quam grauius ibi errauit Iaſ. num. 25. dicens in dicta l. fideiuſſor, ſpeciale eſſe in fideiuſſore, cum quo (tanquam morbo alieno laboranti) mitius agitur, ſecus aſſerens in ipſo principali uenditore. Hoc enim non ſolum eſt contra text. æquitatem, & dictamen rationis, ſed etiam tex. rotundum in l. emptori, de euictionibus. ubi patet idem eſſe in ipſo uenditore. Quod autem quidam pragmatici opinantur euicto fundo empto agi poſſe ad aliũ fundum æqualis æſtimationis falſum eſt, & recte confutatum per Tiraq. de retract. prox. §. 31. num. 3.

L. Fin.

§. III.

A *L. Fin.* } Tex.in d.l.fi.de tranſ. dicit,quòd tranſactio facta inter debitorem & hæredem præiudicat emptori hæreditatis, per quẽ tex. ita tenet gl. in l.ſi cum emptore, de pact.quã refert & ſequitur Afflict. deciſ.335. num. 22. cum ſeq. uſque ad fin. ubi poſt Fulg.ibi relatum tenet non ſufficere ſcientiam debitoris ceſsi, niſi ſciat alio de tribus modis, de quibus in l. tertia. C.de noua.& ibi Alber.numero 3. Et ratio eſſe poteſt ſecundum Io. And. in addit.Spec.tit.de procur. §.ſequitur, uerſ. ſed quid ſi debitor,quia cum.l.3. C. de noua. ponat regulam à qua excipit tres caſus, non eſt tutum addere quartum. Sed in contrariũ ponderatur d. l.fi. arguendo à contrario ſenſu,attenta ſcientia debitoris ceſsi. Nam ſicut tranſactio de qua in d.l.fi.nocet,quia debitor ceſſus ignorabat,ita à contrario ſenſu,nõ debet nocere ubi debitor ſciebat,& ita not.gl.2. & fin. in d.l. ſi cum emptore, referet & ſequit̃ Pariſ.latè conſil. 19.col.pen.& fi.lib.3.ubi dicit,hanc eſſe communem opinionem, ubi reſpondet ad d. deciſ. Afflict 335. tenet Alciat. conſi.136.num.3. Bart.in d.l.ſi cum emptore, & in l.facta.§.ſi hæres, num.5.ad Treb. ſic diſtinguit. Quandoque ceſsio fit ad commodum cedentis,quia quod exigitur debet uerti in eius utilitatem, & tunc eius factum nocet

cet ceſsionario, niſi ceſſus habuerit ſcientiam uno de tribus modis, de quibus in d.l.3.C.de nouat. Quandoque ceſsio fit ad commodum ceſsionarij, & tunc quoquo modo debitor ſciat factum cedentis, non nocet ceſsionario, refert & ſequitur Ruyn. conſil.177. nu.5.& 6. lib.1.eſt de mente Spec.in d.§. ſequitur, uerſ. ſed quid ſi debitor, & ſequitur Bal. in d.l.ſi cũ emptore, Rom.conſil.102.in prin.Ang.Aret. in §.præterea, col.24. inſt.de except.Paul.de Caſt.in d.§.ſi hæres, nu.4. & in d.l.ſi cum emptore, col.pen.& fi. qui optimè declarat hanc materiam. Et ita cenſuit Senatus Subalpinus, quicquid dixerit Alex.in conſi.46.lib.6.Rot. Pedem.deciſ.45.

B *Defendendum* } Et propterea actio lite mota non datur ad precij reſtitutionem, nec de euictione, ſed ſolum ad defendendum, uel cauendum, aut liberandum, l.ſi plus.§.mota, de euic.l.qui rem.l.ſiue in libertatem, & l.ſi poſt, & ubique gloſ.C.eod. per Bened. Cap.in ſuis reg.com.cap.87. num.202. & ſequitur Paul. de Caſt. conſil. 207. num.4. Rot. Pedem.deciſ.179.num.5.

C *Interpellatio* } Quia iuramentũ habet vim interpellationis continuæ. Io.And.& Abb.in cap.breui, num.5.de iureiur. Iaſ.in l.quod te, num.22.& 24.ſi cert.pet.Dec.num.11.ubi dicit ita communiter Doct. tenere, Claud.in l.

non

non ſolum.§.morte, col.16. de oper.no.nun. Bauer.de uirt.iur.priuil.7. Rip. in l.4.§. Cato,in l.ſi inſulam,num.91.de uerb.obli. Goz. conſil.57.num.11.poſt Io. And.Imo.Alexan. per eum allegatos, Aymo conſil. 57. num. 2. Afflict.deciſ.174.num.5. Rot.Pedem.deciſio. 49.num.7.

D *Euincentis*} Ideo qui patitur à ſe euinci nõ facta denunciatione in forma non habet expeditam actionem de euictione, hoc eſt, executoriam, eo ipſo ꝙ per ſententiam cõdemnatus & euictus eſt, ſed tenebit probare fuiſſe euictionem iure factam, Fulg. in l.ex empto. §.emptorem,de act.emp. A ppoſt.ad Alexan. conſil.63.lib.6. Mod.in tract.uſur. quæſt.89. num.674.ad quod allegat tex.in l.ſi uendideris,in l.ſi non tamen,de euict.

E *L. Emptor*} Hanc l. limita, ſi alias eſt notorium de iuſtitia euincẽtis, uel ſi emptor per uiam actionis procedere uelit aduerſus uenditorem, & ſuſcipere in ſe onus probandi iuſtitiam euincentis,& ſibi fuiſſe uenditam rem alienam, & hoc probato locus eſt in effectu euictioni,etiam ſi nec denunciatio nec ſententia in præſentem proceſſerunt,per tex.in l.emptorem,in prin.ibi,ſiue quia non manifeſtum fuit. &c. de act.empt.ubi Alb.ita tenet,dicens emptorem (& idem de alio quoque in ſimili) poſſe bonam fidem agnoſcere, adde bonos

tex.in

tex.in l.ſi uendideris, & in l. non tamen, de euict. vbi etiam ſecuta euictione ſine aliquo iudicio locus eſt actioni ex empto, licet non ſit locus ſtipulationi ad duplam, idem tenent Bald.& Ang. in l.ſi cum quæſtio. C. de euict. Ang.Paul.in l.atqui natura.§. cum me abſente,de neg. geſt. Vbi tamen Ang. inaduertenter errat,dum dicit,emptorem poſſe agere ad duplam,quod eſt falſum, & contra tex.in d.l. ſi uendideris,eandem ſententiam tenet Fulg. in d.l.emptorem,in prin. Rom.in d.§.morte, & ibi Alex.col.pen. Alexan.conſil.67.lib.3.& conſi.63.lib.6.Bellam. deciſ.698. incip.concluſio,col.2.uerſ.hinc eſt, Aufr.in addit.ad q. Tholoſ.407.uerſ.ſexto niſi,Soc.in l.2.§.uoluntatem,ſol.matr.Iaſ.in l.ſi domus.§. de euictione,col.2.de leg.1. Feyn.in c.cum olim,col.7. de re iud.cap.cum Bertoldus, col.11. eod.tit. Et hæc ſententia in praxi ſeruatur. Aduertendum ad huiuſmodi limitationem,de emptore euicto,qui denunciationem emiſit,& nunc uult ſuſcipere onus probandi de iuſtitia euincentis, ut ſanè debeat intelligi, quando non multum poſt euictionem difert agere contra auctorem,ſecus ſi diu diſtulerit, & medio tpe probatio, quam habere potuiſſet auctor deperierit, quoniam dolus præſumitur contra eum,qui diſtulit agere, donec perijt probatio rei conuenti,ut tradit Bald. conſi.37.quidam

tabellio,

tabellio,lib.1. Afflic. deciſ.13. col.6.uerſ.nona coniectura,facit glo.in cle.ſæpe. § & quia, uer.non obſtante,uerſ.tertij dicunt. quam ibi ſequuntur Card.Flor.Lanfr.de verb.ſig.Mod. in conſuet.Pariſ.§.44.q.9.

SVMMARIVM.

1 *Defenſio an ſit diuidua?*
2 *Tres emergentes quæſt. explicantur.*
3 *Fundus filij uenditur à patre, filius pro parte hæres.*
4 *Defenſio an ſit acceſſoria.*
5 *Tres incidentes quæſt. examinantur.*
6 *Sex conſideranda ſunt pro reſolutione qq.*
7 *Diſtinctio quædam bimembris accomoda.*
8 *An detur tertium membrum?*
9 *Quæſtio vna in locatoris hæredibus.*

F IVS *defenſionis* } Quæro uenditor fundi obijt relictis quatuor hæredibus, Emptor Tertij uindicantis denunciat litem uni dictorum hęredum præſenti, eumque in ius uocat, ut eam litem ceſſare faciat, ſumptus præroget, defenſiones miniſtret, iudiciumq; ſuſcipiat. Reus ait ſe hæredem pro quarta parte tantum, nec ultra teneri, niſi ſimul cum cohæredibus, &
1 illis prius uocatis. Emptor replicat ſe adhuc

eſſe in primo capite euictionis, in quo ſinguli hæredes inſolidum tenentur.

1 An † reus teneatur inſolidum defendere, ſuoſque (ſi uelit) conſortes ſuo ſumptu uocare? Videtur quod ſic, quia illo primo capite defendendi ſinguli tenentur inſolidum, ergo quilibet eorum inſolidum conueniri, & urgeri poteſt. text. in l. 2. §. ex his, de uerb. oblig. l. in executione. §. inſolidum. l. cum ex cauſa, eod. tit. l. ſi rem. §. 1. de euic. ſaluo recurſu ſuo contra cohæredes. d. §. ex his. l. hæredes. §. an ea, fam. herciſ. habita etiam dilatione ad eos uocandos ſine præiudicio litis & obligationis, qua inſolidum tenetur. l. fideicommiſſa. §. pen. de leg. 3. In contrarium uidetur exceptio & oblatio rei ualida triplici ratione. Prima, quia nullus tex. dicit planè & ſimpliciter ſingulos hæredes uenditoris inſolidum teneri, aut urgeri poſſe. Nulla lex utitur ſigno diſtributiuo in hac ſpecie, ſed tantum ſigno uniuerſali collectiuo, omnes, pluries repetito. d. §. inſolidum. d. l. cum ex cauſa. d. l. ſi rem. §. ei qui. Secunda, quia hæc obligatio quamuis incipiat à ſolido, tamen deſinit in partes ſingulas ſingulorum. d. l. in executione, in princ. & §. inſolidum, & d. l. cum ex cauſa. Et ſic hæc obligatio inſolidum uidetur ualde modificari, ut pote exiens in obligationem non ſolum diuiduam, ſed actu diuiſam. Igitur reus habet

bet iuſtam cauſam petendi, ut prius cohæredes ſumptu creditoris ſimul uocetur. Tertia, quia ad huiuſmodi caput euictionis, ſcilicet, ad defenſionem non uidentur hæredes teneri tanquam ſinguli, ſed collectiuè, quia tex. ait, quòd cæteris (id eſt ſingulis) ſubſiſtere nihil prodeſt. d. l. cum ex cauſa. d. §. ei qui. Si ergo ſinguli non implent, ergo non tenentur ut ſinguli, aliàs ſolutione eius quod debetur, tolleretur obligatio, inſt. quib. mo. tol. ob. in prin. Quòd ſi ſingulis præſtare impoſsibile ſit, igitur nulla ſingulorum obligatio eſt. l. impoſsibilium, de reg. iur. Et ita in propoſita ſpecie, ꝙ hęredes non teneantur inſolidum ut ſinguli, ſed tantũ collectiuè omnes ſimul, latè contendit & decidit Ruy. in l. 4. §. Cato, num. 78. cum ſeq. de uerb. obl. Quid dicendum? Breuiter prima pars & cõmunis ſententia uera eſt. Probatur primò in iuribus præallegatis. Secundò, per locum ab abſurdo, quia hæredes non ſunt cohæredes collectiuè, ſed diſtributiuè, nec ut uniuerſi, ſed ut ſinguli, non enim faciunt corpus, nec collegium, & ſic non poſſunt eſſe obligari ut uniuerſi, ſed ut ſinguli. Probatur tertiò per regulas communes iuris. l. ea quæ in partes diuidi non poſſunt, ſolida à ſingulis hæredibus debentur, de reg. iur. idem tex. in d. §. ex his, & in d. l. hæredes. §. an ea. Et ſic non obſtat prima ratio in ꝯrium al-

legata

legata,quia etiam ſi non reperiatur tex.in indiuiduo de hæredibus uenditoris, ꝙ ſinguli teneantur defendere inſolidum, tamen ſufficit hoc iure cautum in genere indiuiduorũ. Quid? ꝙ etiam in propria ſpecie tex. eſt in d. §.in executione,in princ. capiendo text.integrè,ut fieri debet.l. inciuile, de legib. Verba enim à ſingulis hæredibus, poſita in prima ſpecie.d.l.referuntur ad omnes ſpecies immediatè ſub eadem periodo ſequentes, ut certũ eſt de ſecunda & tertia ſpecie, ergo etiam de quarta,quæ exemplificat in hæredibus uenditoris obligatis defendere emptorem. Ergo text. eſt ibi, ꝙ ſinguli ad hoc tenentur inſolidum,& ſub ſigno diſtributiuo, quo idem tex. in quatuor primis ſpeciebus uniformiter, & ſic in hoc indiuiduo utitur. Et ſic non eſt uerum,quòd nulla lex in hac ſpecie utatur ſigno diſtributiuo, ſed tantum ſigno collectiuo,omnes. Præterea, quamuis dictio, omnes, in plurali regulariter ſit collectiua,per Bart.in l. hoc articulo,de hære. inſti.in l.Moſchis,in fi. de iu.fiſ.& in extrau.ad repri. in uerb.omnis. Tñ hoc fallit propter materiam ſubiectam, ut hic in indiuiduis, quorum natura eſt,obligari ſingulos inſolidum diſtributiuè. d. §. an ea.l.ea quæ,de reg.iur.d.§. Cato.Soc.in l.3.in fi.de duob.reis,ibi,omnes tenentur,i.deſt,ſinguli,& alibi paſsim pro materia ſubiecta. Et

ſic

ſic Rip.in d.§.Cato. num.77. uerſ.tertiò probatur, & Equin. Baro in tract. diui. & indiui. lib.3.malè tenent,dictionem omnes,ſtare collectiuè in d.l.cum ex cauſa. Et in ſpecie, ꝙ in obligationibus indiuiduis dictio omnes, in plurali ſtet diſtributiuè text.eſt in d.l.cum ex cauſa,in fi.ibi omnes tenentur,quod idē tex. exponit diſtributiuè ibi,unuſquiſque pro parte hæreditaria.Adde tex.in d.§. Cato,ubi uerba ab omnibus,exponuntur diſtributiuè,pro parte hæreditaria cuiuſque. Minus obſtat ſecunda ratio,quia obligatio euictionis eſt duplex non mixta,habet enim duo capita diſtincta,& ſubordinata, Mod.Pariſ.in tract.diui.& indiui.in prin.num.41.Primum indiuiduum. Secundum uerò caput diuiduum, nec primū tranſit in ſecūdum, nec cum eo permiſcetur, ſed primo ſufficiente euaneſcit ſecundum, & primo deficiente tunc ſecundum ſuccedit. Non obſtat. l. ſi rem. §.1. de euict.ibi,una de euictione obligatio eſt,quia (ut tex.oſtendit) loquitur de primo capite, ſcilicet, defendendi,quod dicitur unum, quia omnes diſtributiuè obligat inſolidum, quemadmodum obligatio Correorum hoc reſpectu dicitur una, quia ſingulis inſolidum, & in ſingulos inſolidum competit, non autem omnibus & collectiuè.l.1.in fi.de duob.reis.Minus obſtat tertia ratio,quia ſenſus d.l.cum ex cauſa,ibi,cæ-

X teris

teris ſubſiſtere nihil prodeſt, non eſt quòd ſin guli implere non poſsint, ſed q. ſi quidam ex ſingulis defendunt pro partibus ſuis tantum, neque ſibi, neque cohæredibus proſunt inuito actore, quia totum ſimul defendi debet, & non ſeorſim, nec per partes, ſecus ſi aliqui ex ſingulis, uel unus etiam ſolus totam defenſionem ſuſcipiant, quia poſſunt, ſibique & alijs uincendo proſunt, ideſt, implent & ſatisfaciunt huic primo capiti indiuiduo, tex. eſt in d.l.ſi rem.§.1.ibi, nullus tamen ex his &c. Ergo in ſingulis & poſsibilis, & præſtabilis eſt obligatio, licet (vt plurimum) facilior in omnibus ſimul, quàm in uno ſeorſim, quòd obligationem ſolidi ſingulorum non tollit. d. §. ex his, in fi. Et reijcienda eſt noua illa opinio Ruy. qui etiam parum ſibi conſtat, quia nouã ſuam inuentionem limitat procedere, quando euictio debetur ex cauſa uenditionis tantum, ex eo quòd non fuiſſet quis partem empturus, ſecus ait ſi ex alia cauſa debeatur defenſio. Sed certè etiam in alijs cauſis non eſſet quis communionem ſubiturus. l. ſi quis aliam, de ſolut. l. ſi non ſortem. §. ſi centum, de cond. ind. Imò etiam ex cauſa merè lucratiua, puta, ſi quis dedit domum, & de euictione promiſit, & reliquit quatuor hæredes, ſinguli non minus tenentur defendere inſolidum, quàm hæredes uenditoris, quia huiuſmodi

defenſio

defenſio in omni materia indiuidua eſt. Et ſic uera eſt & tenenda communis ſententia gl. & Doct. ubique, ut glo. 3. in d. l. ſi rem. §. primo. Quamuis nouam hanc fantaſiam Ruy. ſecuti ſint Hier. Butig. in d. §. Cato. nu. 155. & Zaſ. num. 43. ubi errorem auget, dicendo ꝙ omnes dempto uno non poſſunt ſolidum defendere, contra text. rotundum in d. l. ſi rem. §. 1. ubi unus ſolus poteſt ſolidum defendere, ſatisfacere, & omnes liberare. Fateor tamen ꝙ unus inſolidum conuentus non ſolum poteſt cõſortes uocare in idem iudicium, ſed etiam, dilationem obtinere ad hoc iudicium. l. fidei commiſſa. §. pen. de leg. 3.

Hic aduertendum in praxi, ꝙ circa initium
2 huius litis, ſeu recurſus euictionis, tres † emergere poſſunt quæſtiones. Prima, an reus (uidelicet unus hæredum denunciatus) teneat̃ de euictione uel non? Secunda, an teneatur in ſolidum defendere ſolus alijs non expectatis, uel dilatione lapſa ceſſantibus, aut recuſantibus? Tertia, cuius cura & ſumptu, an actoris, an rei, conſortes illi uocandi ſunt? Prima qõ emergens quamuis uideatur præparatoria, tamen quia eſt præter, imò contra naturam euictionis, non ſpectat ad iudicem cauſæ principalis, & euictionis, in quantum talis, ſed ad iudicem & forum rei, quia negando ſe obligatum, & teneri de euictione, tollit funda-

mentum iuriſdictionis iudicis denunciantis, uel cuius auctoritate denunciari poteſt, niſi aliàs iudex ſit rei, in cuius foro diſcutiendū, & iudicandum eſt, an teneatur de euictione, uel non. Secunda, & tertia quæſtiones tanquam præparatoriæ ſpectant ad iudicem cauſæ principalis, ut & cognitio ipſius defenſionis, & utriuſque capitis euictionis, non obſtante quocunque priuilegio fori etiam eccleſiaſtici.l.uenditor,de iud.ubi Iancel.Dec.idē Bal. Paul.in auth.clericus.C.de epiſc.& cler. Anca.in rep.c.ea quæ,col.15.de reg.iu.lib.6. Aufr.in rep.clem.1.de off.ord.reg.2.fall.5. Et hoc niſi reus tale priuilegium haberet, cuius uigore etiam cauſam principalem in uindicante intentatam auocare poſſet, & trahere ad ſuum iudicem, vt in regno Franciæ Scolares publicarum Accademiarum, Mod. Pariſ.in tract.diui.& indiui.par.2.num.464. Ad ſecundam quæſt. reſolutiuè dicendum ꝙ ſic,ſub duabus modificationibus, quæ omnibus indiuiduis obligationibus communes ſunt, & ſub una tertia, quæ huic obligationi alium defendendi peculiaris eſt, uidelicet,ut non ſit præciſa, niſi in quantum & quamdiu obligatus poteſt iuſtè defendere, & habet media & inſtrumenta, quæ præciſè tenetur edere. Secus quatenus ſibi impoſsibile,uel quàm cito apparet defenſionem iniuſtam, quia tū q

hæc

hæc obligatio indiuidua reſoluitur in quantitatem,uel æſtimationem diuiduam, & ſemper licitum eſt agnoſcere bonam fidem. Prima modificatio communis eſt,ut petenti dilationem ad ſuos conſortes uocandos omnino danda ſit.l.fideicommiſſa.§.pen.de leg.3. Secunda ut ſi fatetur debitum, ſed ait ſe non poſſe,aut non tam cito præſtare,& hoc dicendi iuſtam cauſam habeat, moderanda eſt executio & iuriſdictio,tex.in l.ſi domus.§.in pecunia, de leg.1. qui loquitur etiã in diuiduis, & ſic multo fortius in indiuiduis. Confirmatur,quia etiam debitori contradictorio iudicio uicto quadrimeſtre indulgetur.l.2.l.debitoribus,de re iud.l.2. C.de uſu.rei iud. Deinde quàm commodius,& minori debitoris damno fieri debet executio. l. ait prætor. §. in uenditione,de re iud. Vnde nec curioſus creditor nec delicatus debitor audiẽdus. l.ſi ſeruo,in fi.de pign.act. Quemadmodum enim ſi lex iuſta & neceſſaria ſit,ſupplet prætor quod legi deeſt, etiam ex parte actoris ad actionẽ dandam,uel ampliandam,tex.in l.quia actionem,de præſcript.uerb. ita & ex parte rei pro qualitate perſonarum, & actio formatur, & condemnatio moderatur inquit tex.in l.Pomponius,in fi.de neg.geſ.l. nonnunquam,in fi. de iud.facit.l.Pædius,in fi.de incen.rui.& naufrag.l. aut facta, de pœn. l.ult.in fin.de act.&

obl.& in uſibus feud.in tit. hic fin.l.§.ad hoc, uerſ. bonus tamē iudex uariē &c.iuxta illud. Quod legibus omiſſum eſt, non omittatur religione iudicantis. l. quæſitum,in fin.de teſt. Ad tertiam quæſt.uidentur omnes citandi ſolicitudine & impenſis emptoris, uel actoris, per tex.in d.l.in executione.§.inſolidum,ibi. Nam auctoris hæredes inſolidum denunciandi ſunt,non dicit hæredes uenditoris, ſed auctoris,quod refertur ad ipſum agentem de euictione.Igitur denunciatio omnium hæredum eſt onus ipſius, & uerbum hæredes, ſtat pro uniuerſali,ut patet ibi. Omneſq; debēt ſubſiſtere, quod præſupponit omnes denunciatos,& ſic ſumptu actoris.Secundò probatur in d.l.cum ex cauſa,ibi. Venditoris hæredes inſolidum omnes conueniendi ſunt,& gl. ibi exponit denunciandi.Sed agitur de denunciatione facienda ab actore, ergo ſumptu eius omnibus denunciari debet. Tertiò, per tex.in d.l.ſi rem.§.1.de euict.ibi. Omnibuſq; denunciari.Igitur per emptorem de quo tex. loquitur, quia unus hæredum uenditoris nō denunciaret ſibimetipſi,nec omnibus,& ſic illa uerba,omnibus denuntiari, non adaptatur niſi diligentiæ emptoris. Quartò probat ponderando uerba ultima.d.§.ſi ei,ibi. Recteque cum cæteris agam. loquitur enim de emptore,ergo ipſemet cæteris denunciauit,aliàs uidetur,

detur, ꝙ non poſſet rectà contra eos agere. In contrarium ꝙ ſumptu & ſolicitudine rei, quia aliàs hæredes uenditoris non tenerētur ſinguli inſolidum in effectu, niſi in ſubſidiū, uidelicet, alijs prius uocatis, & deficientibus, quod eſt abſurdum, quia obligatio defendendi ut indiuidua ſingulos obligat inſolidum. Tum ſumptus fieri debet per eum, qui petit actum fieri, & cuius bono fit, ut per Bald. in l. generaliter. §. ijſdem præſentibus. C. de iureiur. Gem Franc. in cap. præſentium, col. 6. de teſt. lib. 6. Bart. & Alex. in l. cum ſeruus, de uer. oblig. Sed dum emptor unum ſolum ut potę potiorem hæredum urget, ut poteſt, ſi iſte uellit ſuos quoque conſortes uocari, hoc ſuo bono & commodo petit, ergo ſuo ſumptu, & ſua cura faciat. Secundò probatur per tex. in l. fideicommiſſa. §. fin. de leg. 3. quem diligenter expendunt Mod. Pariſ. in tract. diui. & indiui. part. 2. num. 469. cum ſeq. Quid dicendum? Veritas eſt, ꝙ ut mero iure ſinguli hæredum ſunt ad defenſionem obligati inſolidum, ita mero iure procedit libellus contra unum ſolum eorum. Aut ergo unus inſolidū conuentus non allegauit conſortes denūciandos, nec eis denunciauit, uel ab hoc cepto deſtitit, & ſolus litem ſuſcepit, & inſolidum defendit, ſiue unà cum denunciante ꝙ uindicantem, ſiue ſolus denunciante feriato, & à lite,

 exempto,

exempto,iuxt.not.in l.2. C.ubi in rem act.& procedit iudicium,quod in totum prodeſt & nocet denunciato etiam extra litem, & telam iuſtantiæ poſito.Si enim uincit,quia abſoluitur,prodeſt denuncianti,& ex conſequenti neceſſariò ſuis conſortibus, qui remanent in tuto. Si autem uincitur, hoc omnino nocet denuncianti, ſed non conſortibus ſuis, qui non ſunt debitè denunciati, nec uocati. Et tunc aut iſte ſe ſolum hæredem auctoris dixit, uel ſimpliciter & inſolidum ſe liti obtulit, & inſolidum tenetur, eodemque iudicio ex ſecundo capite euictionis ad damna & intereſſe condemnari debet erga emptorem, uel ſimilem de euictione agentem. Quamuis enim initio non teneretur ad hoc ſecundũ caput,niſi pro parte ſua, tamen facto ſuo in totum ſeſe obligauit.Aut uero denuncianti dixit,ſe cohæredes habere, nec uelle obligari ad ſecundum caput euictionis ultra partem ſuã, uel de hoc ante litem conteſtatam denuncianti proteſtatus eſt, & tunc reſpectu uictoris ſolus inſolidum (prout condemnatus eſt) tenetur, reſpectu uerò denunciantis non tenetur, niſi pro parte hæreditaria, tex.in d.l.in executione,in fi.prin.& §.inſolidum, & ſibi denunciator imputet,qui non omnibus denunciauit.Emptor ergo, uel ſimilis, qui ſatis confidit de denunciato quantũ ad ipſam defenſionem, ſi timet uinci,

uinci, curare debet omnes conſortes uocari. Debet ergo hoc caſu ſuo ſumptu eos uocare, ut in euentum cauſæ prædictæ ſimul omnes eodem iudicio erga ſe condemnentur. Et pariter ſi denunciatus non indiget diligentia,& auxilio conſortum in defendendo, ſed nõ eſt certus de uictoria, debet conſortes uocare,ut in caſum contrarium ſimul ſecum condemnentur, & ad refundendum pro partibus ſuis ſumptus,quos iſte prærogauit. Et multò fortius ſi ſentit ſe imparem, & grauari omnium ſumptuum & laborum prærogatione. Et hoc caſu certum eſt, ꝙ ſaltem poſt litem conteſtatam debet ſumptu ſuo conſortes denunciare, & uocare. Imò etiam ante litem conteſtatam in caſibus in quibus æquitas ſuggerit emptorem non teneri alios uocare, ut mox dicetur. Quandoque uerò neque alter neque reus curant conſortes rei ſumptibus ſuis uocare, ſed reus inſiſtit ſe habere cohæredes prius denunciandos,& citãdos, quàm teneatur ſolus procedere, non eſt abſolutè reſpondendum, ſed ex bono & æquo. Aut ergo omnes conſortes, quos reus (vt tenetur) & eorum domicilia deſignet,ſunt in eadem ciuitate, uel prouincia, nec incõmodæ queſtionis,& tenet emptor (& idẽ de alijs de euictione agentib.) ſuo ſumptu & diligentia eos denunciare, & in ius uocare, & ſemel uocaſſe,& contumaciam ſemel accu-

ſaſſe

ſaſſe ſufficit ad omnes prædictos effectus. Et commodæ conuentionis dixi, quia ſi unus hæredū prodigus, uel hebes curatore indigeat, uel obierit relictis pupillis, cui uel quibus nō eſt promptum de certo tutore, uel curatore prouidere, non tenetur emptor curare, ut cū effectu tutor uel curator detur, cum habeat alium idoneum hæredem, quem cogere poteſt ſolidam defenſionem ſuſcipere, qui etiam in euentum cauſæ perditæ non tenebitur ei, niſi pro parte hæreditaria, ut & alij denunciati. Idem in alijs exemplis incommodæ conuentionis. Ideo ſi emptor uelit dictos quoque tutore indigentes pro parte hæreditaria ſimul condemnari, debet ſine retardatione defenſionis ſolidæ per pręſentem ſubeundæ, curare tutorem dari, & ei denunciare. Amplio etiam ſi denunciatus ſit hæres pro maiori parte & magis idoneus, quia ſemper emptoris intereſt reliquos uocari, imò ſi magis id poſsit, quàm hæres præſens ad hoc tenetur, ut innuunt iura ſupra allegata. Aut uerò quidam abſunt extra prouinciam, & emptor non tenetur eos ēt ſibi deſignatos uocare, niſi ut conſequatē commodum, de quo nuper, ſed tantum habebit dilationem ad eos uocandos, & ita intelligiē. §. ſi in opere. l. 2. de leg. 3. Fallit ſi hæres præſens eſt hæres tantum in ſextante, uel minima parte, & alius in beſſe, uel dextante, qui etiā
eſt

eſt inſtructus de ſpectantibus ad defenſionē, & omnia inſtrumenta habet in poteſtate ſua, abeſt in alia prouincia nō hinc remota, quia emptor poſsit contra eum experiri, tunc ſi hę res præſens, penes quem non eſt facultas inſtrumentorum, & defenſionum, iuſtam habet cauſam petendi, ut emptor illi prius denunciet. Et hoc caſu boni iudicis eſt arbitrari p̄ſentem nō eſſe in mora, ſed cohæredem prius ſumptu denunciantis uocandum, & hoc caſu non procedit, ſed limitatur deciſio. d. §. ſi in opere, per iura allegata ſupra, quibus adde. l. mora, de uſur. ubi an & quādo uerus debitor ſit in mora iudicis eſt examinare. Ad hoc ēt tex. in l. cum in plures. §. inſtrumenta, loca. ubi dominus habens directam actionem ex locato cum fullone, qua mero iure & cum effectu agere poteſt, tamen ſi non minus agere p̄t contra furem, & magis agere quàm pau p ful lo, qui induſtriam ſuam litigando perderet, cogitur dominus iudicis officio contra furē agere, & ab eo res ſuas conſequi, & hoc ex illa æquitate, qua habens plures actiones, uel plura remedia cogitur eligere uiam minus oneroſam, & per quam inſpecta utriuſque partis utilitate negocium commodius expeditur. l. prima, & ibi Paul. ſi quis caut. l. cum Sticus, in fi. ibi. Quatenus & commodius promiſſorib. ſtipulatoribuſq; eſt, de ſolut. l. ſi cum dotem,

§.eo autem tempore, uerſ. ideoque officium, ſol.mat.§.ult. inſt. de donat.l. dominus,in fi. de cond.ind.Et eligenda uia per quam multæ quęſtiones facilius dirimuntur.l.1.§.ſi hęres, ad Treb.facit.l.ſi rē tibi,in princ.de præſ.uer. l.1.§.item ſiquid,de ſepa.bon.facit etiam regula de qua in l.1.§.denique, & ibi gl.& oēs, de aqua plu.arc.glo. in cap.præcariæ.10.q.2. Alb.Paul.l.fluminum, in fi. de dam.infect.Iaſ. rep.l.quominus,col.14.de flum.Mod.Pariſ.in tract.diui.& indiui.q.9.par.2.

3 Pater † nomine ſuo uendidit fundum defunctæ uxoris, & obijt relictis filio ex prima uxore,& filia ex ſecunda hæredibus,filius uindicat fundum ab emptore, qui excipit agentem teneri de euictione,& ſic inadmiſsibilē.l. uindicantem,de euict.Et inſuper ei & eius ſorori, cuique inſolidum denunciat, & contra utrunque concludit, ut quilibet inſolidum tanquam hęres uenditoris teneatur facere cū effectu ceſſare uindicationem illam,ſeque inſolidum defendere,ſumptus, & probationes, & productiones facere. Filius inquantum eſt actor replicat, & inquantum reus excipit, ſe non eſſe hæredem, niſi pro dimidia, pro quā cedit intētioni actoris, & abſtinet à uindican do, perſiſtens in libello pro alia dimidia tantum,pro qua non eſt hæres.Emptor reſpectiuè triplicat & replicat filium teneri inſolidū

ſatisfa-

ſatisfacere dictæ denunciationi, & inſolidum defendere, & ſic in totum abſtinere à uindicando, nec admiſsibilem eſſe ad defendendũ pro parte tantum. Quid iuris? Et prima facie uidetur emptor cauſa ſuperior, quia certũ eſt hanc obligationem defendẽdi indiuiduã eſſe, & præciſam in eo, qui habet facultatem, & quemlibet hæredum obligare inſolidum, ſaltem quatenus facultatem habet ſolidum defendendi, uel faciendi habere licere pro ſolido, etiam ſi eſſent decem hæredes, multo fortius cum iſte actor ſit hæres pro dimidia, & inſuper pro reliquo & ſolido facultatem hñs. Et ita nonnulli Doct. cenſuerũt, & in quæſtione occurrenti conſuluerunt. Et ita de facto bis iudicatum Senis, ut ſe uidiſſe teſtatur Soc. in l.4.§.ult.ad fi.de uerb.obl. In contrarium tex.eſt rotundus in l.cum à matre. C.de rei uind. Vbi filius hæres parentis uenditoris non repellitur à uindicando, niſi pro qua parte hæres eſt, per quem text. uiſum eſt multis præcellentibus Doc. obligationem defendendi etiam in hæredibus uenditoris eſſe diuiduam, imò etiam actu diuiſam, alias nõ poſſet hic filius uindicare in aliquo, quia qui tenetur defendere inſolidum, multo magis tenetur abſtinere ab offendendo in aliquo, & qui tenetur contra alios defendere inſolidũ multo fortiùs cõtra ſeipſum. l. frater à fratre,

§ porrò,

§.porrò.de cond.ind.Quid dicendum? Alcia.
in d.§.Cato,num.155.in paruis,& ibi Lancel.
Galliau. defendẽdo communem ſententiam,
quòd obligatio defendendi (maximè in uen-
ditione)ſit indiuidua,dicunt quòd in d.l.cum
à matre,nulla erat obligatio defendendi, nul
la obligatio euictionis, quia emptor ſcienter
emerat rem alienam, ut expreſsè ait text.ibi.
Scienter comparaſſe, & ſic non debetur eui-
ctio.l.ſi fundum ſciens.C.de euict. Vnde non
mirum ſi filius hæres pro parte, & ſic ratifi-
cans pro parte hæreditaria, & uindicans pro
alia parte non repellitur exceptione euictio-
nis,uel defenſionis, quæ eo caſu non debetur.
Et ſic cenſent, ꝙ ſi defenſio deberetur, puta ſi
emptor ſtipulatus eſſet, ut in d. l. ſi fundum
ſciens,in l.ſi fratres,in prin.C.comm.utriuſq;
iud.uel bonæ fide emiſſe,ꝙ tunc filius, uel do
minus hæres uenditoris in decima, uel mini-
ma parte repelleretur in totum à uindicando,
& ſic in effectu teneretur approbare uenditio
nem inſolidum,& defendere inſolidum.Et ſic
ꝙ bene iudicatum fuit Senis contra filiũ uin-
dicantem pro parte, qua non erat hæres. Et
dicunt ꝙ Soc.in dicto.§.ult.in fi. & Ruy.in d.
§.Cato,errant, dum putant dictos iudices Se-
nenſes erraſſe. At Maria.Soc.Iun.in dicto §.
Cato, num. 221. Nouiſsimos reprehendens
(Alciat. intelligit) Dominum ſuũ (hoc eſt)
Barth.

Barth.Soc.patruum ſuum,& Carol.Ruynum tuetur, & cenſet malè Senis iudicatum per aliam rationem,uidelicet,ꝙ obligatio defendendi etiam in uenditione diuidua eſt, & dicit non obſtare, quòd dicta.l.cum à matre,loquatur de emptore ſciente, quia contingentia facti eſt,& habet locum d.l. etiam in emptore bonæ fidei ignorante, ut etiam ibi tenent glo.Bald.Saly.Paul.& in hoc bene dicit. Et hæc ſententia ualde procliuis eſt, & facilis tenendo dari obligationem defendendi diuiduam eſſe. Sed tenendo eſſe indiuiduam,magnus labor, ingens difficultas eſt ad reſpondendum d.l.cum à matre,quia reſtringere illam ad contingentiam facti de emptore ſciente, nec ualente agere de euictione, non congruit menti legum, nec communi ſententiæ. Barth.Soc. in d. §.ult. conatur aliter duobus modis ſoluere. Primò,faciendo differentiam inter defenſionem,ad quam ex natura contractus tenetur uenditor,& conſequenter eius hęredes,ut hæc obligatio ſit diuidua,& ita procedat. d.l. cum à matre, & inter defenſionem ſpecialiter, & expreſsè promiſſam in contractu,ut hæc ſit indiuidua,& ita procedat dictæ ſententiæ bis latæ Senis, per text. in l.cum ex cauſa,de uerb. obl. quæ loquitur in defenſione debita ex contractu ſtipulationis, in text. ibi. Duplæ ſtipulationis. Sed hæc ſolutio non

ualet,

patronum,uerb. Fauiana, ſi quid in frau.pat. Mod.Pariſ.in l.1.§.ſi quis ita,nu.117.de uerb. obl. Hæc ſolutio ualde plauſibilis eſt,ſed cunctа penitius inſpiciendo, plures incidentes quæſtiones ſimul occurrunt, & illa imprimis excutienda.

4 An † in uenditione obligatio defendendi ſit acceſſoria? Quod videtur. Primò,quia defenſio non eſt propter ſe,ſed propter retentionem,poſſeſsionem,& fruitionem rei uenditæ, quæ principaliter debetur, & diuidua eſt, & ſic non mirum ſi obligatione principali diuiſa, uel reſciſſa in parte, diuidatur & reſcindatur obligatio defenſionis ut acceſſoria, quia non eſt propter ſe,ſed propter aliud. Secundò,quia cedit rei iudicatæ, & ueritati detectæ, quod etiã pro parte uſu uenire poteſt, ut quotidie ɔtingit. Tertios uindicantes pro parte uincere, & emptores pro reſiduo abſolui. In contrarium arguitur, ꝙ obligatio defendendi ſit principalis, imò principalior, quia ut eſt primum caput euictionis, ita eſt primæua obligatio, qua tenetur uenditor emptori. Obligatio uerò ad intereſſe,& reſtitutionem precij cum non ſuccedat,niſi in prioris defectum,ſecundaria eſt,& potius uidetur acceſſoria, illa uero principalis ut primaria, imò principalior,ut principaliter intenta,tm̃ abeſt,ut ſit acceſſoria. Secundò,quia obliga

tio defendēdi reſpicit traditionem ipſam rei
uenditæ,& ipſum habere licere,quod eſt prin
cipale intentum, & finalis cauſa conditionis
& emptionis. Non eſt ergo acceſſoria, ſed
principalis, ut non ſecundaria, ſed primaria
obligatio. Et hæc ueritas. Non obſtant obie-
cta,quia dicere, ꝙ non eſt propter ſe, ſed pro-
pter retentionem, non eſt aliud quàm dicere,
ꝙ non eſt,ut perpetuò lis duret, ſed quàm ci-
tius & efficacius fiat,ut emptori hr̄e liceat pa
cificè,quæ eſt principalis & primaria obliga-
tio,& finalis intentio uenditionis.l.3.in prin.
de act.emp.l.ſeruus. l. habere licere,de euict.
l.3.C.eod.Quod autem ſecundò obijcitur,ce
dere rei iudicatæ, non eſt aliud quàm ad æſti-
mationem, uel intereſſe ſubſidiariè reſolui,
quando debitum ipſum principale præſtari
nequit, quod non ob id acceſſorium eſt, uel
ſubſidiarium,ſed potius è conuerſo. Non em̄
defenſio ſubordinatur dānis & intereſſe, ſed
potius damna & intereſſe ſubordinantur de-
fenſioni. Quorſum ergo ſecunda ſolutio illa
Soc.? Certè ſententia eius uera eſt, ſed per a-
liam rationem.

Quare cuncta rimando dependet à tribus
5 †alijs incidentibus quæſtionibus. Prima,an
hæc obligatio defendendi ſit præciſa? Secun-
da,cur ſit indiuidua, cum pro parte fieri poſ-
ſit? Tertia,de prouiſionali executione,& eius
effectum?

effectu? Et hæc ultima omnibus aduſque Scrib. penitus ignota fuit. Et (omiſsis ambagibus) ad primam quæſtionem dicendum breuiter, ꝙ eſt præciſa non abſolutè, ſed ita ſi uenditor, uel quiuis debitor habet, & quatenus habet facultatem defendendi, ut de actio ne ex empto ad habendum tradunt glo. Bart. Bald. Pau. in l. 1. in prin. de act. emp. Fab. Ang. Aret. Iaſ. §. actionum, inſt. de act. quæ facultas intelligitur ex bona fide & æquitate unà cum præceptis ciuilibus & prætorijs. l. bona fides, depoſ. ubi tex. eſt in fortiori. Quid enim magis præciſa reſtitutione depoſiti? l. penul. C. depoſ. Si igitur temperatur d. l. bona fides, quanto magis actio ex empto. Et nihil tam præciſum, quin recipiat moderationem. l. licet autem, de arb. Alex. conſi. 80. nu. 15. lib. 1. conſi. 36. num. 10. lib. 4. Fely. cap. 2. col. 8. & ibi Dec. num. 7. & Rip. ad fi. de reſcrip. Iaſ. l. 1. col. 2. de iuriſd. omn. iud. l. ſtipulatus ſum Damam. l. liber homo, in princ. de uerb. obligat. Poteſt ergo uenditor, uel eius hæres præciſè cogi emptorem defendere, ut etiam nominatim uolunt Iaſ. Zaſ. in l. 4. §. ſi is qui duplum, de uerb. obl. ſed ita ſi habet facultatem, ut bo na fides exigit, ſcilicet, ex cauſis ueris & iuſtis, & per legitimas probationes, non ꝑ men dacia, uel cauillationes. Et ita, ut liceat agno ſcere bonam fidem, & cedere liti, ſi uendens

iuſtè agit.l.quoties.§. ſicut, de admini.tut.& in emptione tex. in l.emptorem, in princ.ibi, ſiue defendat,ſiue non, quia manifeſtum fuit, de act.emp. glo. & Doct. in l.ſi cum quæſtio. C.de euictio.facit text.in l.nepos Proculo,de uerb.ſig.& bonus tex.in l.hæc ſtipulatio.iud. ſol. ubi ſtipulatio defendendi reſoluitur & extinguitur ſimul, atque defendi debere deſierit. Sed quamprimum cauſa apparet iniuſta, deſiit debere defendi.l. non eſt ignotum,iun. l.ult.§.oēm.C.de admi.tut. ¶ Ad ſecundam quæſtionem dicendum, ꝙ eſt indiuidua non ſolum propter bonam fidem,& quia aliàs nō probè defenditur,quæ ratio ſola non concluderet indiuiduitatem, ſed inſuper quia hæc obligatio reſpicit unicam,& integram totius controuerſiæ defenſionem,quaſi certā quandam formam, ut in l. ſi is qui quadringenta. §.quædam,ad l.Falc. Et ſic ꝙ non ſit indiuidua ex neceſsitate,ut ſeruitus prædialis, ideo recipiat diuiſionem abſolutam ex parte actoris,& ex parte rei recipiat modificationes, de quibus ſuprà. ¶ Ad tertiam quæſtionē(quia uix intelligitur, niſi ab exercitatis in praxi forenſi) ponam caſum in terminis. Fac hunc filium prætendere ius ex donatione patroni retento uſufructu facta, cui frater ſuccesſit à quo emptor emit,cum eſſet nepotis, qui uindicando nondū docet de donatione patrui,

ſed

ſed indiget teſtibus, uel comparatione litera
rum, aut alijs documentis longioris inquiſi-
tionis. Reus autem emptor promptê docet
de uenditione, & actorem uenditoris hæredẽ
in ſemiſſe obligatum inſolidum ad totius de
fenſionem quocunque uindicante, & petit ſal
tem prouiſionaliter ſuum inſtrumentum exe
qui, & obſeruari, & ſic ſilentium imponi acto
ri, quem hodie cõſtat inſolidum teneri reum
defendere, ſed de medijs actoris non conſtát.
Videtur ergo actor interim à limine iudicij
repellendus, & ſic in perpetuum, quia non po
teſt docere de iure prætenſo, niſi prius admit
tatur ad agendũ à quo prouiſionalr̃ repellit.
Et hæc q. faceſcit negocium. Ad omnem
6 † ſcrupulum amoliendum, & omnes inuete-
ratas nebulas diſcutiendas, ſex ſimul conſide-
randa ſunt. Primum, ꝙ hęc obligatio defen-
dendi deſcendens in ſingulos hæredes inſoli-
dum, non deſcendit in eos, niſi ſub expreſſa
contemplatione partium, in quas debet reſol
ui & diuidi, tex. in l. in executione. §. inſolidũ.
l. cum ex cauſa, de uerb. obl. l. ſi rem quæ. §. 1.
de euict. Ita ꝙ quamuis unus ſolus hæredum
comparens teneatur defendere inſolidum, id
eſt, totam cauſam, non tamen tenetur defen-
dere tanquam hæres inſolidum, ſed tanquam
hæres in tali parte cum denunciantis cohære-
dibus pro talibus partibus, ſub ſpe diuidendi

exitum litis in eaſdem partes,per iura pdicta. Tum in uenditione tria ſubordinata ueniunt, primò traditio,ſecundò defenſio,tertiò refuſio precij & intereſſe. Cum ergo defenſio ſtet inter duo extrema diuidua, non eſt tam præciſè indiuidua,quin etiam ex parte debitoris ex bono & æquo diuidatur. Secundum,quòd creditor non debet eſſe tam oneroſus, ut ab eodẽ poſt implementum plus exigat, quàm exacturus fuiſſet ante implementum. l. ſi ſeruus,in fi.de pign.act.& ne durius agatur cum parente, quàm cum nullo modo implente. Sed ſi uenditor etiam poſt totum precium receptum nunquam tradidiſſet,uerus dominus ei ſuccedens in ſemiſſe nõ teneretur ad aliud, quàm ad traditionem dimidiæ partis fundi duntaxat, & nullo modo ad reliquam partẽ, pro qua emptor non poſſet agere, niſi contra alterum hæredum,quem filius nullo modo teneretur defendere,nec pro eo quicquam facere, nec ſumptum, aut periculum litis in totũ, uel in parte ſubire, ſed traditione partis pro ſua parte hæreditaria liberatus eſſet in oĩbus. Igitur non debet eſſe deterioris conditionis, nec cum eo durius agi debet ex eo, ꝙ defunctus traditionẽ rei non ſuæ prorogando hunc uerum dominum materius & poſſeſsione & fructibus ſpoliare, præſertim cum hoc ceſſerit commodo emptoris,qui proinde non debet

bet durius, ſed potius mitius cum uero domino damnum paſſo agere. Tertium conſiderandum, ꝙ ſiue unus hæredum uenditoris nō tenetur in aliquo defendere emptorem in cauſa iniuſta, ſiue contra uerum dominum iuſtè uindicantem. l. emptorem, in princip. de act. emp. l. ſi cum quæſtio. C. de euict. ita nec contra ſeipſum, in quantum tertius eſt & extraneus. l. an uitium. §. ex facto, ibi. Quia in extranei locum ſucceſsit, de diuer. & temp. præſcript. ubi tex. loquitur in fortioribus terminis, uidelicet, in eo, qui eſt hæres inſolidum, ſed habet ius ab extraneo, & non à defuncto. Quanto maior æquitas in eo, qui eſt hęres in parte tantum, & pro eadem parte confundit ius, quod habet aliunde. Quartum, iſte poteſt iuſtè dicere emptori, cape confuſionem, ſeu remiſsionem partis meæ pro mea parte hæreditaria, & eſto de me contentus, aut redde mihi totum fundum meum, & accipe reſtitutionem totius precij & intereſſe, cedendo mihi actiones tuas cōtra cohæredes meos pro partibus eorum. Certum eſt emptorem non poſſe hæc iuſtè recuſare, igitur non poteſt quid ulterius exigere. Igitur acceptando confuſionem dictę partis à filio non poteſt eundem cogere, ut ſe porrò defendat ab alijs partibus, quas conſtat in effectu ſpectare ad onus aliorum hæredum, & non ad onus actoris à quo

in effectu utrunque exigeretur, uidelicet, traditio & euictio, quod eſt iniquum. Debet enim altero contentum eſſe. l. apud Plautium. §. Labeo, de do. ma. excep. l. ſi duo. §. itẽ ſi duo, ſi quis caut. l. pater. §. ſi mulier, de pac. dotal. Quintum, debet eſſe differentia inter hæredem unicum, & inter hæredem in parte, etiam in indiuiduis. Sed ſi dictæ ſententiæ Senenſes haberent locum, uerus dominus hęres uenditoris in decima parte tantum grauaretur, quantum ſi eſſet hæres inſolidum, & tantum ab eo exigeretur, quantum ab omnibus hæredibus, quod eſt abſurdum, quia iura uolunt in effectu hoc oneris inter ſingulos hęredes pro portionibus eorum diuidi. Tum palam eſt, ꝙ hoc caſu emptor non certat de defendendo cauſam iuſtam, uel dubiam, ſed de lucrando cauſam ſuam iniuſtam reſpectu ueri domini iuſtè agentis omiſsis cohæredibus pro eorum portionibus, ad quos hoc oneris & periculi ſpectat. Sextum, hæc ſubtilitas defenſionis indiuiduæ, & proinde à ſingulis hæredibus inſolidum debitæ, non eſt à iure inuenta, nec introducta, niſi ut commodius negocium expediatur, & obligationi euictionis citius, & melius ſatisfiat, tam ex parte debitorũm, quàm creditoris. l. cum Sticus, in fin. de ſolut. Non autem ut alteruter damnificetur, nec ut emptor aliquẽ ſupergrediatur, ſed ex

bono

bono & æquo, alioqui ſub auctoritate iuris ſcientiæ contingeret perniciosè errare.l.ſi ſeruum.§.ſequitur,in fi. de uerb.obl. Tum hæc præciſa indiuiduitas in ſingulos hæredes nõ reperitur à iure introducta,niſi in ea qualitate hæredum, non autem ſi aliunde haberent ius ex perſona ſua, quo caſu aliter ſtatuitur. d.l.cum à matre,& in l.an uitium.§.ex facto, de diuerſ.& temp.præſc.l.rem alienam.§.non eſt idem,de pig. act. Vnde de mente iuris rigor defendendi inſolidum à ſingulis hæredũ uenditoris,uel alterius ad hoc obligati, procedit in hæredibus, qui non habent aliud ius in re,quàm hæreditarium, & quando adeundo tantum incidunt in eam obligationem, non ſatisfaciendo per hoc obligationi in aliquo, ſecus quatenus unus adeundo hæreditatem ſatisfaciat obligationi, ita ꝙ principiũ obligandi eſt etiam principium obligationis implendæ in parte, ut in domino hærede in parte. Non obſtat ſcrupulus quæſtionis tertię de inſtrumento emptionis garantigio,uel cum clauſula in forma Cameræ prouiſionaliter exequendo. Vt enim omittam non eſſe locum ſummariæ & exequutoriæ prouiſioni qñ principale decidi poteſt.l.vn. vbi Alber.C.de oper.no.nunc.l. hæc autem,in princ.quib.ex cau.in poſ.ea.Dico ꝙ etiam ſi principale non dum liquidari poſſit, tamen nõ habet locum

prouiſio,

prouiſio, quando per eam abſorberetur principale, ut hic. Tum nemo tenetur relinquere ius ſuum indefenſum. l. illud, de pet. hær. Tum diſtinguendæ ſunt qualitates, quæ hic ſunt ſubſtantiales. Actor enim uerè eſt hæres pro media tãtum, & extraneus pro alia dimidia. Et hæc ſunt non ſolum ſeparabilia, imò etiam prorſus ſeparata. Vt ergo pro qua parte eſt hæres repellitur, ita pro qua parte extraneus eſt admittitur, nec hoc reſpectu tenetur emptorem defendere. Et cum una pars ſit ab altera prorſus ſeparata, ex ſeparatis non fit illatio. l. fi. de calumn. Tum in quantum eſt hęres non modo prouiſionaliter, ſed etiam diffinitiuè ſatisfacit cedendo liti pro hac parte, & perdendo dominium & omne ius ſuum pro eadem parte ex eo ſolo, ꝙ eſt hæres ſatisfacit, & ſeſe liberat ab omni obligatione, qua tenetur ut hæres, & ſic ſolutione eius quod debetur ſublata eſt omnis obligatio, etiam defendendi inde dependens. Non obſtat, ꝙ etiam ſi in parte tantum ſit hæres, tenetur defendere totum contra extraneum, ergo contra ſe, in quantum eſt extraneus, quia uerum eſt, niſi hic hæres obligationi hæreditariæ ſatisfecerit, & emptor obligationem defendendi diuiſerit, imò totius rei perceptione conſumpſerit in ea parte. Hæc enim obligatio diuidua eſt ex parte creditoris, & ſic non ſolum liberaliter

raliter ab eo pro parte, uel reſpectu unius hæredum remitti poteſt, ſed etiam multo fortius conſumi in parte perceptione partis.

7 Aut † ergo emptor non uult diuidere, nec aliquid percipere, uel retinere pro parte, ſed offert totum fundum reſtituere reddito toto precio & intereſſe, & non eſt locus obligationi diuiſionis, quæ unà cum contractu principali reſoluit, ſed eſt locus reſolutioni, in qua poteſt dominus fundi contra cohæredes pro partibus eorum agere, ut refundant pro partibus ſuis, pro quibus nec implent ꝯctū, nec implere poſſunt. Poteſt etiam totum refundere emptori; quia tunc cedet ei actiones quales contra alios hæredes habet, nec ad aliud tenetur. Aut uerò emptor uult uti diuiſione actionis, quam facit actor inſtituendo litem, & ſibi acceptare & acquirere confuſionem iuris actoris pro parte, quam actor offert, & per neceſſarium conſequens actionem ſuam ex empto, & quicquid inde pendet diuidere, ſeu pro hac parte extinguere eiuſdem partis perceptione, & ſibi imputet, quia iam non poterit uti ſua actione, nec aliquo iure inde defendendi contra actorem, cuius reſpectu illam remiſit, diuiſit, & extinxit, ſed tantum pro reſiduo contra cohæredem actoris, uel ſi actor hēt plures cohæredes, aget emptor ꝯ ſingulos eorū inſolidum ad defenſionē totius reſidui.

8 Quòd

8 Quod ſi dicas eſſe † tertium aliud membrum, uidelicet, quamdiu dubium eſt, & litigatur de iure actoris, quod ius emptor neget, & tamen nec refutat, nec acceptat confuſionem pro parte hæreditaria actoris, ſed forſan expreſsè proteſtatur, ꝙ non uult partem fundi, ſed potius à toto contractu diſcedere, & interim uult actorem excludere à toto, quaſi obligatum ad ſolidam defenſionem. Reſpon-
3 deo ineſſe tacitam cauillationem, quam per explicationem inuolucri retego, quia perinde eſt, ac ſi emptor explicatè diceret actori, nolo diuidere, ſed uolo totum fundum retinere, ſi fuerit defuncti, uel totum tibi reddere, ſi tuus ſit, & tamen nolo te admitti ad probandum. Quemadmodum enim expreſsè, uel tacitè acceptando abſolutionem à cauſa, uel inſtantia pro parte, qua actor hęres eſt, diuidit (vt tunc diuidere tenetur) defenſionem, & admittit actorem ad agendum pro reliquis partibus, pro quibus non eſt hæres, ita refutando abſolutionem partis, admittit actorem ad agendum pro toto, & ſic utroque caſu debet actor admitti ad probandum, nec poteſt in totum repelli, cum in totum non ſit hæres. Tum omnia iura, & ipſa naturalis iuſtitia uolunt differentiam eſſe inter hæredem inſolidum & hæredem pro parte.

9 Quidam † locauit domum ad nouem annos,

nos, ſed nō erat dominus,& paulo poſt obijt relictis quatuor hæredibus, quorum unus eſt dominus domus, qui agit contra inquilinū, ut pro dodrante exeat. Reus denunciat ſingulis hæredibus inſolidum, etiam ipſi actori. Certè locator tenetur non ſolum præſtare patientiam utendi fruendi toto tempore locationis, ſed etiam defendere non ſolum à ſuis, ſed etiam ab extraneis, ſaltem quos prohibere poteſt. l. ſi quis domum, in prin. l. ſi in lege. §. colonus, in fi. & per to. loca. Porrò non eſt dubium, quin obligatio illa defendendi ſit indiuidua & præciſa, ut locator præciſè cogat, ſi poſsit, nec liberetur offerendo damna & intereſſe, niſi in caſibus iuris, ut in l. æde. C. loc. Cum ergo hæc obligatio defendendi, & manu tenendi præciſa & indiuidua deſcenderit in omnes hæredes, ſequitur actorem inſolidum teneri, etiam præciſè, cum facultatem præſtandi habeat. Breuiter ueritas eſt, ꝙ non tenetur, niſi pro parte hæreditaria, quia non habet domum iure hæreditario, ſed proprio ut extraneus, & ſic remittendo ius ſuum proprium, & de ſuo proprio implendo pro tota parte hæreditaria ſatisfacit toti obligationi, qua tenetur ut hæres, & conſequenter non tenetur ultra defendere. Quemadmodum ſi domus non fuiſſet tradita, & iſte dominus ꝯuentus ad tradendum offerret pro parte hæreditaria,

taria, non teneretur ad aliud, obligatio enim tradendi diuidua eſt (quicquid omnes glo.& Doct. aduſque malè putauerint) Mod.Pariſ. in tract.diui.& indiu.par.2.nu. 306.312.314. Et ſic iſte tradendo domum ſuam pro parte hæreditaria ſeipſum euincit pro eadem parte, & omni euictioni ſatisfacit in ea parte conſenſu creditoris eam partem acceptantis ꝑ prædicta in hoc uel ſimili themate, quo mutato aliud eſt. Si quis enim uendidit, uel locauit fundum alienũ, nec tradidit, ſed reliquit quatuor hæredes, qui nihil habent iuris in ea re, certum eſt, ꝙ unus hæredum non tenetur tradere, niſi pro parte, & tradendo partem ſuam liberatur ab obligatione traditionis, ſed non proinde ſequitur, ꝙ non teneatur defendere, niſi pro ea parte, ſi poſtea emptor, uel conductor ab extraneo impetatur. Hic longè alius caſus eſt à quæſtione noſtra, quia hic omnes hæredes ſunt in pari cauſa, nullus habet ius aliunde, & ſic pari iure regulantur, & quiſque tenetur inſolidum defendere totam rem controuerſam, uel partem cõtrouerſam ſaluo mutuo recurſu, & modificationibus, de quibus ſupra, & defenſio inter eos eſt uniformis, tam reſpectu totius quàm reſpectu partis, & niſi unus totum defendat, non facit ex bona fide. Sed in quæſtione noſtra eſt oppoſitum, in qua hæredes non ſunt in pari cauſa, unus

ſolus

ſolus eſt dominus rei uenditæ, uel locatæ iure proprio, qui ſolus adeundo partem, quam iure proprio habet confundit, & ſoluit, ſeipſum euincens,quod alij cohæredes nõ faciũt. Et ſic fieret huic iniuria,ſi eadem fidelia,ut alij,dealbaretur, ſi nihil haberet immunitatis præ alijs,qui adeundo ſe obligant, nec adeundo ſatisfaciunt de ſuo proprio,nec aliquẽ exonerant,prout iſte,qui eſt dominus, adeundo exonerat alios à defendendo rem illam uſque ad ratam portionis ſuæ hæreditariæ,& uſque ad eandem metam transfert ius ſuum proprium in communem aduerſarium,& uſq; ad eandem ratam liberat conſortes de ſuo proprio,quod illi non faciunt, & ſic cum ſit magna diſparitas terminorum, debet etiam eſſe diſparitas iuris. Præterea,ꝙ dicitur obligationem defenſionis rei diuiduæ indiuiduam eſſe, tum demum uerum eſt, quando quis tenetur alium defendere contra tertium. Secus quando quis tenetur defendere ſeipſum ſup certa re diuidua, quia tunc ea obligatio diuidua eſt, Mod. Pariſ.in d. tract.diui.& indiui. par.2.quæſt.8.num.420.479. Et pari ratione idem quando tenetur defendere cauſam contra ſeipſum, quia tunc hæc obligatio defendendi diuidua eſt, ſicut obligatio dandi, uel tradendi rem, de qua agitur. Sed hæc obligatio defendendi pro toto reſiduo concernente

nente alios hæredes, qui nihil confundunt de ſuo proprio, indiuidua eſt contra eos ad commodum creditoris, & inter eos habet locum regula. §.inſolidum.l.in executione, & l.cum ex cauſa, de uerb.oblig.& §.1.l.ſi rem quę, de euict. ubi alijs uocatis unus defendens ſolidũ omnibus uincit, & uincitur. Quod tamen ſingulariter limitandum eſt, quando unus ex uocatis, ſeu denunciatis, nec defendit, nec contumax eſt, ſed dicit cauſam iniuſtam, & offert nunc ſoluere partem ſuam euictionis tanquã ea ſecuta, ſed alius obſtinatus defendit, & litẽ peragit. Certè tunc iſte ſi euincatur, non uincitur illi, ſibi enim & obſtinationi ſuæ impenſum ferre debet reſpectu eius, qui initio acquieuit, qui nõ tenetur de impenſis deinceps factis, ſed uictus uincitur ſibi & denunciatis contumacibus, & in eos pariter exequitur ſententia ex ſecundo capite euictionis lata ad cõmodum emptoris, uidelicet, ad precium & intereſſe. Sententia autem principalis de fundo cum fructibus uictori adiudicato exequetur in emptorem, necnon adiudicatio impenſarũ litis, & damnorum, ſi quæ ſint factæ uictori, ſi emptor manſerit in lite. Quòd ſi à lite mancipatus fuerit, exequetur in uictum, & ſuos conſortes pro partibus eorum, & in ſubſidiũ, ſi ſoluendo non ſint, in emptorem, qui eos vocauit, Fab. inſt. de ſatiſd. §. ult. col. ult. Bal. in l.
ult.

ult.in ſi.C.ubi in rem act. Quòd ſi obſtinatus ille uincat, non ſolum ſibi & contumacibus, ſed etiam ei, qui liti ceſsit, uincit. Quamuis enim unus hæredum uenditoris initio malit ſoluere, quàm litigare, tamẽ nihil ſoluit, quãdiu ſupereſt, qui defendit, facit.l.3.§.pen.ibi. Ob rem non defenſam ſtipulatio nõ committitur, quamdiu poterit exiſtere, qui eum defendat, iud.ſol. Imò etiam ſi uenditor ipſe uiuat, & denunciatus offerat ſubire condemnationem, tamen emptor poteſt, ſi uelit, aleam iudicij ſubire, & per ſe defendere, & ſi uincat, proderit auctori ſuo, qui liberatus & exoneratus in totum remanebit, quamuis ſi uincatur, non teneatur uenditor ultra, quàm initio obtulit, ergo idem reſpectu hæredum uenditoris, nec tenebitur ſubire iudicium, qui partẽ ſuam offert.l.ex iudicatum, iudic. ſol.l.ſi reus paratus, de procu.l.ſi debitori, de iudi. Quod tamen reſpectu eius, qui liti cedit in præiudicium alterius, quem defendere tenetur, non eſt generaliter tenendum, ſed tantum ex bona fide. Si enim probetur, ꝙ habet inſtrumenta, & facultatem defendendi, & ueras probationes miniſtrandi, præcisè tenetur, & ad ſummum tenetur ſe purgare iur̃o, & qñcunq; inueniẽ fefelliſſe, tenebiẽ, non pro parte hæreditaria, ſed rõne doli ſui ad omnia damna, & intereſſe, Mod. Pariſ. trac. diui. & indi. par. 2. q. x.

G *Procurator* } Procurator denunciare pôt etiam generalis, quia eſt actus utilis emptori, unde nullum ſpeciale mandatum requirit. Tenetur tamen procurator nomine emptoris denuncians docere de mandato, inſtrumentum authenticum oſtendendo, Ang. in l. ſi hęres, ad Treb. Bar. & alij in d. §. morte, & expſsè in ſimili Afflic. de iu. prothom. in uer. ut intra 30. dies, col. 4. uerſ. ſed quid ẽ contra. Quod intellige ut procedat ſi dominus exigat, & petat ſibi oſtendi procuratorium, aliàs ſecus, ut expreſsè not. Bal. in c. Cumana, col. pen. uerſ. ſiquis proteſtatur, de elec. faciunt not. ꝑ Bar. Iaſ. alios in l. uniuerſa. C. de precib. Imp. offer. Ex quibus infertur, ꝙ ſimplex negociorum geſtor non poteſt huiuſmodi denunciationẽ facere. Nec obſtat, ꝙ negociorum geſtor interpellare poteſt, & conſtituere in mora, & periculum transferre in uenditorem. l. qui decẽ. §. 1. uerſ. ſed quid ſi ignorante, de ſolut. Quia eſt uerum hoc quando facit oblationem realem de pecunia, uel re ſua quam transferre poteſt, Alb. in l. ſi fundum, nu. 4. C. de rei uind. Quod procedit etiam ſi poſtea emptor expſsè ratificaret denunciationem nomine ſuo factam, quia adhuc non ualet, etiam ut ex nunc. Igitur opus eſt uera & debita notificatione de integro. Et ex his conſtat, ꝙ non obſtat conſ. Paul. de Caſt. 84. viſa dicta, ad fin. lib. 1.

quòd

quòd ſi ſtatutum requirat notificationem fieri per ſe,uel per alium,tamen non requiritur, quòd notificans habeat oſtendere mandatũ, quia loquitur in alijs terminis.Mod.in conſu. Pariſ.§.13.gl.11.nu.2.cum ſeq.

H §.*Fin.*§ Ideò in d.§.fi. permittitur, quòd ſoli pupillo fiat notificatio non apparente tutore propter neceſsitatem talis nunciationis, qua omiſſa denuncians graui damno afficeretur,& perderet actionem,& recurſum euictionis,& ſic certat de damno uitando, & non debet conditio ſua uſque adeo deterior fieri ex perſona hæredis auctoris ſui. Vnde non placet ſolutio communis, quam tradunt Scrib. in l.ſi ex legati cauſa,de uerb.obli. ꝙ id quod dicitur in d.§. fi. poſſe ſoli pupillo denunciari,eſt ad commodum pupilli,ut teneatur emptor,uel illi ſoli denunciare, & ſi omittat,careat recurſu euictionis, etiam ſi tutor non potuit inueniri. Quia dico quamuis hoc poſsit tendere ad commodum pupilli per obliquũ, tamen directò diſpoſitio.d.§.tendit ad incõmodum; obligationem, & onus pupilli,quia ex denunciatione ei facta tenebitur,& obligabitur efficaciter de euictione, ut patet per ſeriem.d.l.ſi dictum. Ideo tenendum eſt quod dixi, ꝙ illud eſt propter neceſsitatem denunciationis, in quo aduerſario proſequente periculum eſt in mora, & ne propter mutationẽ

in perſona, uel hærede auctoris emptor bonæ fidei habeat damnum, Affli. de iur.prothom. col.6. uerſ. ſed quid ille. Cæterum aliàs non ſufficeret ſimilis interpellatio ad ſolam pupilli perſonam facta, per tex. ubi not. Doct. in d. l. ſi ex legati cauſa, cum l. ſeq. ſed ſi pupillus careret tutore debet adiri iudex, ut faciat prouidere de tutore. l. diuus, qui pe. tut. Mar. Soc. in tract. de citat. art. 20. num. 49. Mod. in conſuetud. Pariſ. §. 13. num. 7. in tract. uſur. q. 40. num. 309. Dico tamen, ꝙ ſi tempora patiantur, ut poſsit denuncians inuenire tutorem, uel alium facere ſurrogari, ꝙ tenetur curare hæc fieri, & iterum illi tutori denunciare, nec tunc ſufficeret iſta denunciatio ſoli pupillo facta, imò ex bono & æquo debet etiam amicis & cognatis nunciare, alioquin puto ſimplicem denunciationem ſoli pupillo factam non prodeſſe denuntianti, ſi aliam diligentiã pro temporis ſpacio potuerit & omiſſerit. Et hoc not. in praxi. Ex quibus facilè intelligis, ꝙ tutori poteſt fieri talis denunciatio, uel curatori. Fruſtra tamen notificaretur tutori habenti à teſtatore, uel iudice diuiſam adminiſtrationem ad alias res. l. fin. C. de aut. præſt. fruſtra curatori ad lites, uel litem, ſiue ad aliã rem. Sed ſi ſint plures tutores, uel curatores adminiſtratione non diuiſa ſufficit uni ex eis notificari. d. l. fi. Sed quid ſi per ſeipſos admi-

niſtrationem diuiſerunt? Reſpondetur, ſi ſint diuiſi in diuerſas prouincias, opus eſt notificare illi cuius prouinciam negocium reſpicit l.2.C.de peri.tut.l. & ſi pluribus, de aut.tuto. glo.1.Io.Fab.in l.2.C.de diui.tut.Si uerò adminiſtratio ſit in eadem prouincia, ſufficit alterutri, quia tunc non eſt in conſideratione diuiſio ab eis facta. dicta.l.2. Moder. d.§.13. glo.11.num.10.

1 *Duplum*. Emptor fundi conuentus à domino laudat auctorem, liteq; diu protracta, uel agitata, tãdem euincitur, & in omnes fructus à lite conteſtata damnatur, eidemq; uenditor eodem fortè (ut fit) iudicio euictionis nomine damnatur. Certum eſt in condemnationem euictionis uenire dictos fructus, quos emptor debet reſtituere uictori, ſed an in totum per ſe, an infra duplum? Et primò, quòd indiſtinctè ſubdatur duplo, facit illud quod dicitur de partu in l. ſi prægnans, de euict. qui non minus eſt cauſa rei, & acceſsio naturalis & fauorabilis, nec minus in rei perſecutione conſiſtit quàm fructus, & tamen in cauſa euictionis ſubeſt duplo, ut ibi dictũ eſt, ergo & hi fructus. Non obſtant, quæ dicunt Mod.Pariſ.in l.1.nu.10.cum ſeq. C.de ſenten. quæ pro quod int. prof. de cauſa rei non duplanda, ſed in totum per ſe exigenda, quia illud procedit in fructibus, uel partubus, quos

ipſe uenditor & debitor poſt moram regularem, uel irregularem percepit, aut percipere debuit, & ſic non poteſt duplo imputare, ſed omnes (cum etiam conſiſtat in rei perſecutione) reſtituere tenetur, alioquin ex mora ſua continua, continuum perciperet commodum, & meliorem ſuam conditionem faceret, quod eſt abſurdum, facit. l. inficiando. §. infans, de furt. Sed hic loquimur in fructibus quos uenditor nullo modo percepit, & ſic q̃ cum non dicuntur rei perſecutio, ſed intereſſe, ſicut quodlibet etiam intrinſecum & permanens rei augmentum, quod in cauſa euictionis duplo ſubijcitur. Mod. Pariſ. in d. l. 1. num. 103. igitur multo magis hi fructus. In contrarium uidetur, quia indiſtinctè per ſe in totum ueniant, nec ſubſint duplo hoc caſu etiã, quia ex quo emptor retro à tempore reſtitutionis fructuum euincitur, debet uenditor eodem modo euinci, & non ſolum precium, ſed dictos fructus reſtituere emptori, uel eos pro eo ſoluere, ut euictio ſit æqualis, uel tota recidat in auctorem, qui eam præſtare debet. Confirmatur, quia interim habuit precium penes ſe, & eius interuſurium, quod ſibiipſi debet compenſare cum dictis fructibus, præſertim cum eos regulariter excedat, Mod. Pariſ. in d. l. 1. num. 126. Breuiter hæc eſt ueritas in themate propoſito, quo emptor initio uenditorem

ditorem laudauit. Non obſtat, quod nuper dictum eſt de partu, & alio etiam intrinſeco augmento, quia uerum eſt, quando prouenit caſu uel natura rei, ut in l. uenditor hominis, de euict. uel ſolo facto & induſtria emptoris, in l. Titius, in fi. de act. emp. Secus ſi facto, uel mandato uẽditoris, ut hic ubi litem ſuſcepit, uel mandauit ſuſcipi ab emptore, & ſic ipſo facto ſeſe obligauit ad euentum litis, & iudicatum ſoluendum, puta, fructus & impenſas, quæ eſt noua obligatio à ueteri ſeparata ex nouo quaſi ꝯtractu, & negocio ſeparato conteſtatiònis. l. 3. §. idem ſcribit, de pecul. ideo non ſubeſt taxationi. d. l. 1. quia eſt noua principalis obligatio, & idem in expenſis litis, non ſolum factis ab emptore, ſed etiam quos emptor tenetur reſtituere uictori, & ita obſeruatur in praxi, quamuis Berég. in d. l. prima, uerb. hoc quod intereſt, q. 10. contrarium uelit, & malè ut ibi rectè animaduertunt Mod. Pariſ. num. 150. Sed quid ſi emptor non laudauit uenditorem, ſed per ſe litem ſuſtinuit, & ſuccubuit; poſtea uia actionis agit contra uenditorem, iux. not. in l. emptorem, in prin. de act. emp.? Mod. in conſuet. Pariſien. §. 44. num. 25. & in tract. uſur. num. 675. Reſpond. aut uenditor impediuit ne laudaretur, uel ꝯtumax fuit, & idem ut ſupra. l. Seruius, quod ui aut clam. Aut non impediuit, & tunc aut

 emptor

emptor diligentiam fecit laudandi uenditorem,uel eius hæredem, & non potuit,uel erat hæres emptoris habens iuſtam cauſam ignorandi,& tunc ueniunt dicti fructus,& impenſæ litis in damnis & intereſſe cum omni alio extrinſeco intereſſe, ſed infra duplum, quia uenditor non laudatus non tenetur ad hoc ex aliqua noua obligatione, ſed ex ueteri tm̄, & ſic non aliter quàm per uiam iuſti intereſſe,conſequenter non ultra duplum. Mod.Pariſ.in d.l.1.nu.130.& 150. Nec eſt iniuſtum hoc caſu recurſum euictionis per uiam actionis dari non ſolum ex primo capite ad precium, ſed etiam ex ſecundo in id quod intereſt ſub moderatione legali huic emptori, qui potuit laudare, ſed ſolus litem probabilem ſuſtinuit,quam non tenebatur relinquere indiſcuſſam.l.illud,de pet.hæred.Imò potuiſſet eſſe in culpa erga uenditorem,ſi defenſionem iuſtam,cui locus erat, deſeruiſſet. Non obſtat, ꝙ emptor habuit interim preciū & eius interuſurium,& ſic ꝙ uenditor indiſtinctè, & integrè debeat exonerare emptorem reſtitutione fructuum. Tum quia ſolum interuſurium nō obligat ſine aliqua mora uel culpa. Tum quia ſæpe contingit nullum eſſe, uel nullius utilitatis interuſurium, Mod. Pariſ. in d. l.1. num. 151. Sed ſi emptor laudauit in fine litis. Quid de fructibus & impenſis temporis

medij?

 334
medij? Reſpon. tunc abſolutè reſponderi nõ poſſe,ſed hoc in circunſtantijs cuiuſque caſus ſubiecti conſiſtit,ut in l. de acceſsionibus,de diuer.& temp.præſcrip.l.Mæuia.§.pe.de ann. leg.Poteſt enim eſſe emptorem prudenter feciſſe,quod uenditor facturus erat,& tunc idẽ quod primo caſu, quod eſt indubitatum, ſi uenditor,quod tempore medio factum eſt ab emptore ratum habeat. Sed ſi improbet, & cauſetur initio cedendum liti fuiſſe, non continuò aliud dicendum eique cedendum, ſed boni uiri arbitrio totius negocij circunſtantiæ expendendæ. Quid enim ſi conſtet, uenditorem non potuiſſe tempore medio prudentius facere? Et adhuc idem, quia tunc præſumitur uenditor hoc iactare, & fingere in fraudem emptoris & recurſus euictionis. Moder. Pariſ.in d.l.1.num.153. Quid ſi emptor initio notitiam habuit iuris agentis,& tamen litigare maluit,& euentum tentare,ut uerisimile ſit, eum diſtuliſſe uenditorem laudare, ne fortè is cedendum liti ſuaderet? Tunc iuſtum eſt, uenditorem, qui ſtatim bonam fidem agnoſcit,de augumento præterito non teneri, ſed imputari emptori, qui debuit bonam fidem agnoſcere, cum ab initio ueritatis notitiam habuerit, uel uenditorem confeſtim laudare. Quid ſi uenditor initio laudatus uult liti cedere, & condemnari de euictione, emptor

ptor autem uult litem experiri, quod (ut poteſt) fecit, & tandem ſuccubuit? Reſpon. ſi emptor nullam iuſtam cauſam habuerit cedendi, quàm à diffidentia uenditoris, ut quia nondum liquebat de iure agentis, non eſt ei prorſus imputandum, ſi experiri uoluit. l. ſciendum, de uſur. non enim tenebatur ius ſuum linquere indiſcuſſum. l. illud, de pet. hæred. pręſertim cùm iuſtam cauſam habeat credendi dominum, idque ab ipſo uenditore & eius facto. Quare dico, ꝙ fructus & impendia donec apparuerit clarè de iure actoris ueniunt in damna & intereſſe infra duplum, ut dixi in ſecundo caſu, Moder. Pariſien. in dicta l. j. num. 153.

SVMMARIVM.

1 *Melioratio fundo cedit.*
2 *Emptor non perdit melioramenta.*
3 *Intellectus. §. emptor. l. fi. C. comm. de leg.*
4 *Non tenetur emptor illa deducere ſuper fructibus.*
5 *Fallit quando percipiuntur ſola bona fide.*
6 *Niſi per ea res facta ſit melioris reditus.*
7 *Quæſtio ſingularis diſcutitur.*
8 *An idem dicendum in creditore hypothecario.*
9 *Quid in malæ fidei poſſeſſore.*
10 *Aliquarum legum in materia intellectus.*

K Melio-

K MELIORAMENTA} Meliorationem † fundo cedere exploratiſsimum eſt.l.2. §. ſi quis ſciens. C.de rei vind.& ſtatim neceſſariò acquiritur dño directo,uel utili.Bald.in c.1. §.ſi quis de manſo, col.4. uerſ. pone ꝙ uaſallus,de controu.inueſt. Albert.Bru.in tract.de augu.col.69. concl.20. & ualet argumentum de feudo ad emphyteuſim, quando diſpoſitio feudalis non eſt contra regulas iuris communis,Alex.in l.diuortio. §.ſi fundum,col.1. ſol.matr.& in conſil.106. col.pen.lib.4. Dec. in c.cæterum,col.6.de iudic.Corn.conſil.67. col.2.uerſ.Quartò præmitto,lib.2. Quód argumentum dicitur magis à ratione,& naturali iuſtitia,lege uel ↄſuetudine deficiēte, quod eſt efficaciſsimum, quoniam iura feudorum ſunt ſingularia, nec habent uim legis, niſi in materia feudali,nec poſſunt allegari deciſiue in alia materia,ut tenēt Iac.Beluiſ.in tit.epiſ. uel abb.Bal. Alua.& omnes in c.1.de feu.cog. Bar.in l.ut iuriſiurandi.§. ſi liberi,in princ.& circa med.de oper.libert. Saly.in l.4.col.4.C. de iu.emph.Iaſ.in l. de quibus, nu.26.de legi. quicquid aliàs dixerit idem Iaſ. conſi.62.colum.5.in fin.lib.1. Moder. in conſuetu. Pariſ. §.1.glo.5.num.72.

2 Emptor † qui tenetur reſtituere rem euictione ſecuta non perdit meliorationes, ſed

eas,ſeu earum æſtimationem poteſt retinere. Quod probatur primò naturali ratione, quæ neminem patitur cùm iactura aliena fieri locupletiorem.l.nam hoc natura,de cond.ind. cum uulg.& bonus tex.in l.planè.§. ſed benignius,de peti.hæred. Secundò,per diſpoſitionem iuris communis, quo cauetur, eum qui bona fide in re aliena etiam ſcienter (modo non adſit animus donandi) uel in re ſua, ſed reſtitutioni ſubiecta ædificauit, uel quid aliud ad perpetuam utilitatem fecit,poſſe ſumptus huiuſmodi utilium, uel neceſſariarum impẽſarum repetere.§.certè illud,inſt.de rer. diuiſ.l.qua ratione, in prin. de acq.rer.domi. l.domos, de leg.1.l.ſi quis ſciens.l. ſi in area. C.de rei uind. cum ſimil. Scrib. in l. Senatus. §.Marcellus.de leg.1.Bald.in auth.excipitur. C.de bon.quæ lib.in l.2.ad fin. C.de rei uind. l.in rem.§.tignum,ad fin. de rei uind. Paul.in auth.qui rem. C.de ſacroſ.eccle.in conſ.237. primò uidendum eſt,ad fi.lib.1. Cuman.latè conſ.57. Monaſterium, colum.2. Guid.Pap. deciſ.169.& deciſ.439.Iaſ.in l.2.not.7. C. de iur.emph. Dec.conſ.518. Albert.Brun. dicto concluſ.20.& hæc ueritas,quamuis Fulg.aliter conſuluerit,in conſ.9.

3 Non obſtat † §.emptor.l.fi. C.communia de leg. Vbi dicitur emptorem, qui fundum ſubiectum reſtitutioni, uel fideicommiſſo

ſcienter

ſcienter emit, & meliorauit, illo euicto habere aduerſus uenditorem actionem tantummodo ad reſtitutionem precij, neque dupli ſtipulatione, neque melioratione locum habente. Quia ille. §. loquitur inter emptorem & uenditorem tantum, & uult emptorem nullũ recurſum habere euictionis aduerſus uenditorem etiam meliorationum nomine, non autem loquitur inter euincentem & emptorem, nec excludit emptorem à recuperatione meliorationum reſpectu euincentis, ad quem perueniunt ſine cauſa illæ meliorationes præſentes, ſed de hoc nihil dicit, & ſic relinquit iuri ueteri & communi, quod eſt in d.l.domos. Et ſic d.emptor habebit exceptionem, & etiã incerti condictionem aduerſus legatarium, uel fideicommiſſarium uindicantem ratione huiuſmodi ſumptuum & impenſarum inſpecto præſenti ualore rei, ſicut haberet ipſe hæres & uenditor per d.l.domos, & duas ſeq. de leg. 1. Et hoc not. ad ſanum intellectum. d. §. emptor, quia nullus Doct. Scribentium ibi, quotquot legi, aduertunt, ſed ſimpliciter dicunt, illum emptorem ſuos perdere ſumptus, quod eſt falſum, ut noue dixerunt Moder. in conſuet. Pariſ. §. 1. gl. 5. nu. 76.

Et hoc adeo uerùm eſt, ꝙ recuperat ſum-
4 ptus meliorationum, ut non † teneat deducere ſuper fructibus, nec cum eis compenſare

dictos

dictos fructus, ratio quia interim fuit domi-
nus, & ſic omnes fructus ad eum ſpectabunt
iure dominij, ſiue iure proprio, ita quòd non
potuiſſent illi fructus ab eo peti, nec auferri,
& ſic ſuccedit deciſio ſing.glo.in l.emptor,in
prin.in uerb.ſuperfluum,in fi.de rei uindicat.
dicentis, quòd hoc caſu fructus non debent
in ſumptus imputari,& ſequuntur Bart. Bal.
Ang.ibidem,Bald.Imol.Cum.Paul.Alex.Iaſ.
in dicta.l.domos,col.1.Bald.Ang.Imo.Alex.
in l.inſulam.§.fructus, ubi glo.in uerb.com-
penſatis,idem ſentit,ſolu.mat.Bald.in c.gra-
uis,col.2.uerſ.ſecundo ſi autem ædificaſſem,
de reſtit.ſpol.Alex.conſi.123.in fi.lib.1.Cre-
menſ.ſing.105.Et hoc nedum procedit in fru
ctibus perceptis iure dominij, ſed etiam ex
5 quauis alia iuſta cauſa,aliàs † quàm ex ſimpli
ci & nuda bona fide, quia ſi ſola bona fides
cultura & cura ſuffragetur percipienti fru-
ctus, tenebitur eos imputare in huiuſmodi
ſumptus,tex.in l.ꝙ ſi artificem, & l.ſumptus,
de rei uind.l.ſuper empti.C.de euict.Et intel-
lige ſemper de ſumptibus qui fiunt neceſſa-
riò & utiliter ad perpetuam rei utilitatem,
non autem de his,quæ fierent gratia quæren-
dorum fructuum, quia iſti primitus & ante
omnia imputantur fructibus,& illos minuũt,
quia non dicuntur fructus, niſi deductis hu-
iuſmodi impenſis eorum gratia factis, tuncq;
proce-

procedit regula.l.fructus,in prin. ſolu.matr. l.1.C.de fruc.& lit.exp. & bonus text. in l.ſi à domino.§.fi.de pet.hær. Vbi dicitur,ꝙ etiam prædonibus deducuntur,quia nullus caſus in teruenire poteſt, qui hoc genus deduct onis impediat,inquit Vlpian.in l.fundus qui,in fi. princ.fam.herciſ.& declarat Bal. in Margarita, uerb. fructus, & in conſil.303.aduid entiam,lib.1.

Quod dictum eſt,eum qui non ratione dominij,ſed ex ſola bona fide pro cultura & cura fructus lucratur,teneri eos compenſare cũ neceſſarijs & utilibus impenſis, non procedit
6 † quando per tales impenſas res nedum eſt facta maioris precij, ſed maioris reditus, ita ꝙ ipſæ meliorationes nouum reditum & fructus afferunt ultra antiquum reditum rei, ut eſſet ſatio arborum fructiferarum, uel ædificatio domus ad locandum,uel conuerſio deſertæ terræ in uineam.Certum eſt enim,quòd ſumptus ad hoc facti ſunt reſtituendi, cum res euincitur,

Sed non eſt modicum dubium. An refuſio illorum ſumptuum minuatur ex fructibus, quos poſſeſſor percepit non ex antiquo reditu rei,de quo non eſt dubium, per not.in d.l. ſumptus, de rei uindic.ſed ex reditu percepto ex melioratione facta. Vt ſi res prius afferebat in reditu ſingulis annis ducentos florenos,

§.ſi fundus,de pignor.act.Soc.conſi.224.eleganter,col.2.lib.2. Corſet.ſing.uerb.melioratio,Iaſ.in l.cerditor,ſi cert.pet.Brun.tract.de aug.concluſ.14.fall.2.

9 Malæ fidei † poſſeſſor etiam impenſas deducit,imò repetit,quando conſtat,ꝙ nõ animo donandi illas fecit, ſaltem quando dominus rei efficeretur locupletior tempore recuperationis rei ſuæ,probat tex.in l.ſi pupilli.§. ſed & ſi quis negocia, de neg.geſt. Vbi dicit, ꝙ etiam prædo,qui ſui lucri cauſa,& non contemplatione domini aliquid impẽdit, habet etiam actionem negociorum geſtorum contra dominum, quatenus inde efficitur locupletior ſecundum inductionem Mod.in conſuet.Pariſ.§.1.gl.5.num.87. quicquid in contrarium Doct.ibi ſenſerint. Probatur ſecundò per tex.in l.planè,de peti.hær.ubi dicitur, quòd etiam prædoni habetur ratio huiuſmodi expenſarum. Tertiò probatᷣ per text.in l.2. C.de rei uind.in fin. ubi malæ fidei & ſcienter in alieno ædificanti conceditur repetitio, & uindicatio materiæ diſſoluti ædificij, niſi animo donandi ædificauerit, ergo non poteſt dici, ꝙ eoipſo ꝙ eſt in mala fide uera cenſeatur donare, & non poſsit repetere, niſi aliunde probetur de animo donandi.

10 Solùm reſtat † reſpondere ad quoſdã text. quorum litera ad reliquos text. iuris non di-

conteſtatam uel conſumptos, & ad omnes ēt percipiendos.l.certum.C.de rei uind. Et reprobo ſententiam glo. & omnium Doct. in l. ſi fundum. C.eod.ubi per illum text. (ſed arguendo à contrario ſenſu) dicunt malæ fidei poſſeſſorem habentem titulum excuſari à fru ctibus percipiendis, etiam poſt litem conteſtatam, idq; propter titulum, niſi in quatuor caſibus à glo.ſi.ibi exceptis,quibus(ſi eorum opinio eſſet uera) deberet addi pro quinta fallentia caſus.l.ſi patri.§.ex diuerſo,de min. quando titulus habetur à minore. Sed eorum opinio eſt falſa,quia d.l.hoc non dicit, nec ex ea ſumendum eſt argumentum à contrario ſenſu ad correctionem d.l. certum, nec ad limitandum ſpecificam diſpoſitionem d.ll. Verùm eſt,ꝙ Io.Fab.in d.l.certum, limitat d. opinionem, ut procedat quando titulus eſt iuſtus, ſecus ſi eſt à iure reprobatus, & ſic ꝙ non eſt ſpeciale in d. quatuor caſibus d.gl.ſi. Quidam etiam Doct.ueritati magis accedentes limitant dictam opinionem, ut procedat in eo, qui ficte tantum & præſumptiuè eſt malæ fidei poſſeſſor, puta ratione denunciationis,uel litis motæ aut conteſtatæ, iux.l.illud, de petit.hæred. Secus in eo, qui eſt in uera & poſitiua mala fide, ut is in nullo propter titulum excuſetur,& ita tenuit Petr. in §.omniū, nu.38. inſt.de act. Paul.in dicta. l.ſi fundum,

 Lancel.

Lancel.Dec.in d.l.apud Iulianum.§.fructus, not.2.de leg.1.& ſentit Bal. conſi.397.in cau ſa,lib.4. Aliter etiam diſtinguit Salyc.in l.ma la fide.C.de cond.ex.l.non refero,ſed concludo indiſtinctè,ꝙ etiam uerus bonæ fidei poſſeſſor etiam cum iuſto titulo tenetur ad omnes fructus etiam percipiendos à tempore litis conteſtatæ in omni iudicio etiam particu lari,per uniſierſalem diſpoſitionem.d.l.certũ & legum ſimilium. Nec poteſt ſumi in diuerſum argumentum.d.l.ſi fundum,quia (ut patet per d.l.tenorem)non intendit illud,quod per argumentum à contrario ſenſu inferunt. Et ſic ceſſante mente ceſſat illud argumentũ, Dec.in l.1.num.38. & num.53. de offic. eius, conſi.216.col.ſi.conſi.364. per totum,conſil. 386.col.2.Moder.in conſuet.Pariſ.§.2.glo.2. num.3.cum ſeq. Tum quia per illa iura ſatis reperitur expreſsè diſpoſitum,& illa expreſſa diſpoſitio facit ceſſare tacitum, ſi qua reſulta ret à contrario ſenſu,ut not.in l.2.C.de cond. inſ.Moder.in conſuet.Pariſ.§.22.num.50. cũ ſeq. Secunda concluſio. Emptor non tenetur reſtituere fructus perceptos & conſumptos ante litem conteſtatam, quod intelligit Bart. niſi in quantum eſt factus locupletior, ita tenet in l.ſed & ſi lege.§. ſcire, poſt gloſ. ibi, de petit.hæred.in l.ſi fur.§.1.de uſucap.& plenè in l.ex diuerſo,col.3.de rei uindic.& ſequitur

Ang.

Ang.ibi,& in l.ſi me & Titium,ſi cer.petatur. in conſi.133.ſuper primo puncto, & in conſi. 260.D.Catherina,ad fin. Paul.in l.ſi fundum. C.de rei uind. But.Abb.in c.grauis, de reſtit. ſpol.Alex.conſi.21.ad fi.lib.4.Soc.conſi.251. col.fi.lib.2.Et aduerte,ꝙ in dubio non præſumitur factus locupletior,ſed allegans tenetur probare. Nec ſatis eſſet oſtendere,ꝙ conuertit in uſus ſuos, quia potuit lautius utendo ſicut re ſua conſumere.l.ſed & ſi lege.§.ſi quis re ſua,de peti.hæred. ita tenet Ang.in d.conſ. 133.& 160.in fi.Curt.Sen.conſi.73.col.3. concluſ.7.Iaſ.in l.Neſennius.§.2.de re iudic.Hoc intellige in iudicijs uniuerſalibus, ut in petitione hæreditatis, & ita expreſsim tenet glo. in l.ex diuerſo,de rei uind. Pet.Cy.in l.nō eſt. C.fam. herciſ. Bald.in l.1. col.1. C. de uſu.& fruc.leg. Imo.in l. ſequitur. §.1. de uſuc.& in d.c.grauis, Ang.in d.l. Neſennius. §.1.& ibi Alex.in fin.Rom.in d.l.ſi me & Titium, Curt. Sen.conſi.71.col. fi.Et hæc eſt uera & communis ſententia. Mod.in d.§.22.num.49. Secus in iudicijs particularibus,quia tunc bonæ fidei poſſeſſor nō tenetur reſtituere fructus induſtriales conſumptos ante litem etiam quatenus factus eſt locupletior, per textū in §. ſi quis à non domino,de rer.diuiſ. Vbi poſtquā tex. dixit,fructus induſtriales ſunt bonæ fidei poſſeſſoris pro cultura & cura,addit ꝙ ſuper-

ueniens dominus fundi agere non poteſt pro illis conſumptis. Igitur huiuſmodi fructus nedũ efficiuntur bonæ fidei poſſeſſoris, quod eſt commune omnium fructuum à quocunq; ſeparantur à ſolo,ſed etiam eos per conſumptionem lucratur. Et per negatiuam additã uerb.poteſt,in d.§. ſi quis à non domino,excluditur omnis eorum perſecutio,excepta ſola compenſatione cum impenſis, ſecundum not.in l.ſumptus,de rei uind.Naturales tamẽ fructus etiam conſumptos reſtituit quatenus eſt factus locupletior & non ultra. l. fructus, de vſur.Mod.d.§.22.nu.51.

§. IIII.

SVMMARIVM.

1 *Augumentum acceſſionis & diminutio.*
2 *Euictionis capita quot.*
3 *Si pluries res euincatur.*
4 *Mora tradendi an noceat ſuccedente euictione.*
5 *Res vendita deterior facta.*
6 *Augumentum caſuale.*

A
1 EVICTIO3 Quidam fuerunt in ea opinione, ꝙ † in actione ex empto attenditur augumentum ſecutum acceſsionis, aut ualoris, aut meliorationis poſt cõtractum ad augendam

dam actionem euictionis. l. Titius, ad fin.de actio.emp. l.uenditor hominis.l.ſed ſi quid.l. euicta.j.in prin.& §.fi.l.ſi cum uenditor,in fi. de euict. Quemadmodum in eadem actione ex empto attẽditur ſubſecuta diminutio, uel deterioratio ad diminuendam actionem euictionis.l.euicta.2.in fi.eo.tit. quamquã aliud ſit in actione ex ſtipulatu ad duplum,quæ nõ recipit augumentum, uel diminutionem ob diminutionem,uel deteriorationem rei, ſaltẽ ſecuta euictione totius.l. ex mille. §. ſi totus, de euict.quam Accur.Salyc.ibi,& omnes ubique ita prædicta iura intelligunt, fatendo contrarium, & ſoluendo ſimpliciter, aliud in actione ex ſtipulatu, aliud in actione ex empto. Sed ego dico,ꝙ glo.& Doct.ſuperficiem tantum non intimum ſenſum horum iurium attingunt.

2 Dicendum † pro breui & plana conciliatione, ꝙ actio ex empto de euictione præter præuium & præambulum caput ad defendendum,de quo Scrib.in l.4.§.Cato, de uer.obl. Moder. Pariſ.tract. diui.& indiui.par.2.q.9. habet duo capita. Vnum perpetuum,ſcilicet ad precium non autem ad rem. Secundũ caſuale, ſcilicet, in id quod intereſt præter precium. Et hæc duo capita apertè diſtinguunt in l.emptorem.§.fin.in l.Titius, ad fi. de act. emp.in l.ſi in uenditione. l.euicta.2.l.ſi plus,

de euict.& alibi paſsim in iure. Quantum autem ad primum caput, quo actio ex empto competit ad precium, uel pro rata precij,ſem per quoties pro rata committitur, fit relatio ad bonitatem, quæ erat tempore contractus tantum,& ſecundum eam metitur.iuxt.l.1.& l.bonitatis,de euict.quæ non ſolum habent locum in ſtipulatione duplæ, ſed etiam pariter in actione ex empto ex primo capite,imò plenius in hac actione ex empto, prout (vt pote bonæ fidei & uberior) non ſolum committi poteſt pro parte (in omnibus caſibus in quibus ſtipulatio duplæ pro parte committi pt) ſed etiam ubi ſtipulatio duplæ ob ſtrictá ſui naturam non poteſt committi pro parte, vt in l.ſi dictum.§.in ſtipulatione,de euict.tamē committi poteſt actio ex empto, ut alibi dicetur. Quantum autem ad ſecundum caput, ſcilicet ad intereſſe, recipit augumentum & diminutionem prout plus, quandoq; minus, quandoque nihil præter precium intereſt. Et de hoc ſecundo capite intelliguntur iura reliqua,quæ uidentur contraria.d.l.1.& l.bonitatis. Quoties enim iura dicunt agi euictionis nomine,ſi aliud non exprimatur, nec ex materia ſubiecta colligatur,non intelligitur de ſtipulatione duplæ, ſed de actione ex empto, q̄ eſt naturalis & perpetua actio euictionis, ſtipulatio uerò accidentalis, & caſualis eſt. Et

rurſus

ruſus quando exprimitur, uel tacitè (ut in dubio) Intelligitur agi ex empto, niſi aliud addatur, uel ſuppleatur in facto, non ſequitur agi, niſi ad precium, uel pro rata precij, ut probat. l. q̄ ſi nulla, in fin. cum l. ſeq. de hæred. uel act. uend. quia intereſſe non uenit niſi interſit, & adhuc niſi probetur, quod à facto & probationibus pendet, & adhuc etiam ſi conſtet intereſſe, quandoque non agitur niſi ad preciū, ut quando pactum eſt de euictione non agi. l. emptorē. §. fi. de act. emp. His ergo caſibus, cum ad precium tantum, uel pro rata precij parte euicta agitur, non inſpicitur ſecutum augumentum, uel decrementum, ſed ſtatus qui erat tempore contractus, & adpreciatio tunc facta, iux. d. l. 1. & l. bonitatis. Et hoc ipſa naturalis iuſtitia, ſenſuſq; cōis dictant. Si enim fundum à te emi mille, deinde cum negligentia mea, uel caſu dimidio deterior factus in totum euictus, nec apparet de alio extrinſeco intereſſe, cur actio ex empto euictionis nomine limitabitur ad dimidium precij, uidelicet, ad quingenta, ut omnes gl. & Doc. hucuſque malè ſentiunt? Cur tu cum non eſſes dominus, nilque iuris habeas, lucraberis dimidiam partem pecuniæ meæ cum iactura mea prætextu deteriorationis etiā caſualis? Cur qui non eſt dominus, & alium decipit, uerſabitur in lucro, deceptus uerò in damno?

Cur

Cur non potius tanquam tota re euicta totũ precium repetam ſine alio intereſſe, quia pluris non intereſt? Quòd in uenditione preciũ ſit uerum ſimplum Io. Igneus in l. quatenus, col. 17. 18. & in fi. de reg. iur. limitat ſi ſit læſio ultra dimidiam iuſti precij, quo caſu cenſet non debere attendi precium ut erroneum & iniuſtum, ſed communem rei æſtimationẽ, eamque ſimplum eſſe, & duplandum eſſe. Sed non aduertens ad praxim, nec quorſum res euadat, iudicio lapſus eſt. Sequeretur enim melioris conditionis eſſe decipientem quàm deceptum, quia emptor, qui fundum ualentem mille communi uera æſtimatione non emiſſet niſi quadringentis, poſſet ſecuta euictione, probando tanti ſua intereſſe, conſequi non duplum modo, ſed ferè quadruplum, ut pote mille quadringenta, quia primò haberet precium quadringentorum, deinde extrinſecum intereſſe uſque ad mille, & ſic ferè quadruplum, cum nõ numerauerit niſi quadringenta. Contra ſi res non ualebat niſi quadringenta, & emiſſet pro mille, quæ numeraſſet, non poſſet nomine eius, quod intereſt conſequi ultra quadringenta, & ſic longè infra dimidium precij numerati. Hoc autem non ſolum eſſet contra mentem. l. 1. C. de ſent. quæ pro eo quod int. prof. ſed in ſe abſurdiſsimũ, & contra ſenſum communem. Quomodo enĩ

uenditor,

venditor, qui pluris uendidit allegare poterit contra factum ſuum rem minoris ualere, cum ipſe tanti emporem inuenerit, cum tanto precio fruitus fuerit? Quomodo in actorẽ reijcere poterit culpam uel lęſionem, cuius ipſe non ſolum auctor eſt, ſed etiam lucrum ſentit? l. cum in fundo. §. ꝙ ſi mulier, de iur. dot. Rurſus ſi actor uiliſsimo emerat, quomodo cõtra factum ſuum cauſari queat rem pluris ualere contra eundem? Quomodo culpam, cuius auctor eſt, & lucrum ſentit, in alium reijcere? Et ſic. l. 2. C. de reſcind. uend. prorſus impertinens eſt. Prætereà (vt ueriſimile eſſet) uili uendentem noluiſſe de eo quod intererit ultra duplum precij teneri. d. l. Titius, in fi. cum ſeq. de act. emp. ita ſi pluris uendat, eoipſo ſeſe obligat, ut teneri poſsit de eo quod intererit uſque ad duplum precij. Ex quibus liquet ampliandam concluſionem noſtram, ꝙ precium ſit uerum ſimplum, etiã ſi læſio fuerit ultra dimidiam rei, uel precij. Mod. Pariſ. in l. 1. C. de ſent. quę pro eo quod int. num. 69. cum ſeq.

3 Quæro quid † ſi pluries res euincatur? Vt ſi primò tota domo euicta emptoris extrinſecus interfuit in mille uel quingentis, quæ uenditori ſoluit, & loco precij domũ ab euincente redemit & reſtituit, quæ poſtea rurſus ab alio euincitur, unde rurſus damnificatur

emptor

emptor in alijs mille. Vtrum debeãt compenſari, uel deduci priora mille, uel quingenta? Videretur ꝙ ſic per prædicta, cum dicta reſtitutio domus non fuerit noua uenditio, ſed prioris impletio, & ſic ſemper ex eadem cauſa unius uenditionis agitur, & eadem uetere actione ex empto. Igitur ne duplum excedatur, debet dicta compenſatio, uel deductio fieri, aliàs nòn ſolum duplum, ſed etiam triplum, uel quadruplum eodem actu ſubinde repetito poſſet excedi. Sed his non obſtantibus contrarium puto, quia aliàs ſequeretur, ꝙ emptor poſſet impunè inquietari, nec amplius ageret ad intereſſe. Non obſtant prædicta, quia hic uoluntaria traditio, & ſic nouum factum uenditoris interuenit, ex quo de nouo ad euictionem obligatur, quæ obligatio non debet eſſe eluſoria. Tum uenditor contra eum, uel eos & ſingulos à quibus ſucceſsiuè redemit, habet nouum & diſtinctum recurſum euictionis, quo ſibi ſubinde conſulere poteſt, & quem ad minimum cedere tenetur. Mod. Pariſ. in d.l.1.nu.89.

4 Vlterius quæritur. Venditor † fundi, uel domus recepto precio fuit primùm in mora tradendi, unde damnatus ad fructus, uel mercedes moræ, & in id quod extrinſecus emptoris ob eam moram interfuit, quod probatũ fuit aſcendere ad ducenta, quæ ſoluit re tradita,

ſed

ſed poſtea euincitur, & emptor multo magis damnificatur extrinſecus. Vtrum in æſtimatione & intereſſe euictionis debeant in duplo computari illa ducenta ob præteritã morã non tradendi ſoluta? Videtur ꝙ non, quia mora illa præcedens nihil habet commune cum cauſa & damnis euictionis, ſed diuerſæ ſunt obligationes. Prima ad tradendum & præciſa, quæ eſt primitiua. Secunda uerò ꝯditionalis, & oritur ex noua cauſa, uidelicet, euictionis, nec competit ad rem, ſed ad precium & intereſſe. Et ſic uidetur quælibet obligatio ſuum & diuerſum ſimplum habere, quia primæ ſimplum eſt res ipſa empta, ſecundæ uerò ſimplum eſt precium quod repetitur. l. ſi in uenditione, de euict. Igitur quælibet ſuam taxationẽ ad ſimplum ſuum habere poterit. Quibus non obſtantibus dico illa ducenta deducenda, uel in duplo computanda, non autem ꝙ nomine dictorum fructuũ, uel mercedum præceptum eſt, & hoc per text. in d. l. ex empto. §. idem Neratius, qui continuatur ad §. præcedentem, de act. emp. qui loquitur de cautione habere licere, quæ concernit euictionem, loquitur etiam de intereſſe ob non traditionem, uel moram tradendi, & tamen ſubiungit clauſulam generalem, deducto eo quod præſtitum eſt, litem æſtimandam, ut ſufficiat propter hæc omnia, quod plurimũ

eſt,

eſt, id eſt, ſummum (quod per d.l.1.C.de ſent. duplum eſt in omnibus certis) præſtari. Et ſic eſt ibi caſus rotundus, ꝙ etiam in cauſa euictionis deducitur, quod prius ob ueterem moram tradendi nomine intereſſe, ſcilicet, extrinſeci ſolutum eſt. Non obſtat, quod diximus in præcedenti quæſtione, quia ibi poſt rem euictam retraditio rei redemptæ eſt noua uenditio, quia eſt merè uoluntaria, nec fit ex neceſsitate prioris contractus ex quo ſufficiebat precium cum intereſſe, quod ad ſummum non poterat precium excedere, & ſic cũ fiat ex noua uoluntate, nouus eſt contractus, conſequenter noua cauſa, & nouum ſimplũ. At in hac quæſtione traditio rei & purgatio moræ non eſt nouus contractus, ſed neceſſaria impletio prioris, nec fit ex libera uoluntate, ſed ex neceſsitate, & ſic eſt merum implementum neceſſarium primæ & unicæ uenditionis, conſequenter unum & idem ſimplum, quod ab eo quod extrinſecus intereſt, ſiue ſimul, ſiue particulariter excedi nequit. Mod. Pariſ. in d.l.1.nu.90. cum ſeq.

5 Res uendita † uſu uel ætate deterior facta eſt, ueluti eſt equus & ſimiles, quo tempore euicta eſt, dubitatur illius æſtimatio, cuius temporis attendenda, an contractus, an euictionis? Et prima facie uidetur hæc quæſtio indubia, nam ea deciditur in l. ex mille. §. ſi totus,

totus,de euict.ubi eſt tex. nominatim loquẽs in ſeruo uendito & tradito, deinde deteriore facto, & deciditur, ꝙ ſiue caſu, ſiue iniuria deterior factus ſit, non diminuitur obligatio euictionis, & ſic nulla eſt quæſtio. l. ancillæ. C.de furt.l.illam.C.de colla. Mod.Pariſ.in dicta l.1.num.124. Contrarium dicendum eſt. Primò arguendo ab abſurdo. Nam abſurdũ uidetur,ꝙ emptor, qui equo toto plenè & pacificè toto ferè uitæ tempore fruitus eſt,poſſit prætextu euictionis circa finem uitæ, quæ retro non trahitur, & ſic toto fructu retento totum tamen precium repetere. Cum ergo toto ferè tempore uitæ præuiſæ fruitus ſit emptor, nec per euictionem abſit niſi modicũ, & ferè inutile tempus, non poteſt totum precium repetere, cum intus habeat totum ferè commodum & fructum præuiſæ fruitionis & uſus.Mod.Pariſ.in d.l.1.num.126.cum ſeq. Ad §.ſi totus,reſpondetur diſtinguendo. Aut res euincitur ex defectu totius iuris uenditoris, puta ꝙ tota res ab initio eſſet aliena, & tunc procedat d.§. Aut uerò euincitur ex defectu iuris à tempore euictionis tantum, puta quia erat reſtitutioni ſubiecta ſub conditione,quæ extitit ſub finem temporis tantũ, & tunc procedat ſecunda pars, ut non debeatur euictio,niſi pro rata temporis euicti. Verum hæc diſtinctio penitius inſpecta non ſatisfa-

tiſfacit, quoniam non eſt æquum huiuſmodi bonæ fidei uenditorem, de quo loquimur, oĩ commodo poſſeſsionis, quod ad eum ſpecta re debebat, priuari, & ad emptorem, qui etiã nullũ ius (niſi à uenditore ſuo habuit) tranſferri, nentro enim domino exiſtente iuſtius & æquius priori, qui bona fide poſsidebat, com modum ſuæ poſſeſsionis antiquæ ſeruari, ſaltem pro rata uel tempore, quo prior ille impleuit, & liberam & efficacem fruitionem pręſtitit. Debet igitur retinere precium, uel mer cedes pro rata. Hanc partem probat tex. appoſitiſsimus in l. ſi mancipium. §. 1. de euict. ubi licet ſeruus emptus euincatur ex defectu iuris uenditoris in parte tantum, quia ſeruus erat cum alio communis, tamen quia totum adiudicari contingit aduerſario, committit in totum duplæ ſtipulatio, quia (inquit tex.) non intereſt quo genere iudicij extet cõditio euictionis, ut totum ipſum habere nõ liceat. Sed tamen aduertendum, ꝙ licet hæc ſtipulatio ob ſtrictam ſui naturam & formulam mero iure committatur in totum, obſtat exceptio in parte, & in effectu non committitur niſi pro parte, quæ erat aliena, ratione cuius facta eſt euictio. Cogitur enim emptor uel pro illa tantum parte agere, uel ſi pro toto agat, computare & deducere precium partis ſuæ, quod ab euincẽte habuit, uel habere de-

bu.t,

buit,quod in idem recidit,ac ſi pro parte age
ret,obſtat enim doli exceptio ſi totū petat, &
exigere bis idē certet.l.bona fides, de reg.iu.
Ita dicendum in propoſito, licet mero iure
in totum committatur ſtipulatio duplæ, etiā
quādo equus diu poſt euictionem iam ſenex
factus euincitur, & deinceps per euictionem
totum habere non licet, & ſic extat formula,
ſub qua ꝯcepta eſt ſtipulatio,ſiue totus equus
euincatur ex antiquo defectu totius iuris uē-
ditoris, ſiue ex iure nuper reſoluto, tamen ex
quo euictio non trahitur retro, & ſic emptor
totum ferè rei, & proprietatis, & emptionis
emolumentum retinet, & in his habet,obſtat
exceptio ſi pro toto euictionem petat, ne bis
idem conſequatur,contra d.l.bona fides. Nō
ergo aget in effectu, niſi pro rata reliqui emo
lumenti ſublati. Et in effectu totum hoc caſu
relabitur in actionem ex empto, quæ ex pri-
mo quidem capite competit ad precium pro
rata rei effectualiter euictæ, ex ſecundo uerò
capite quantum iuſtè intereſſe probabitur,
dummodo non excedat precium, uel ſummā
rei principalis. Non obſtat d.§.ſi totus,quia
intelligi debet, ut ſi ſeruus infra annum uen-
ditionis caſu uel culpa mutilatus eſt, uel in
moribus corruptus, aut aliter deterioratus
euincatur. Tunc enim emptor non retinet,
nec intus habet notabile emolumentum ope-

 rarum

rarum ſerui,quas non percepit,meritò ſtipulatio duplæ in totum cum effectu committit. Si uerò emptor plenè & pacificè ſeruo diu frueretur, qui tandem natura, ſolitoq; curſu temporis ferè conſumptus eſt, tunc nón loquitur d. §. ſi totus, nec ad hunc caſum trahendus eſt, in quo euictio, quæ non trahitur retro ad commoda præterita, non concernit totum ſeruum effectu, ſed tantum eius minimam partem,cum ſit temporalis. Vnde quēadmodum ſi uſusfructus ſerui euinceretur, non totus ſeruus, ſed pars eſſet euicta, ita ſi emptor toto ferè tempore uitę ſerui uſus eſt, tandem ſequatur euictio, quæ non trahat retro, etiam ſi ſiat ex defectu totius iuris, non dicitur totus euinci inſpecto effectu, quāuis fundus (qui perpetuò durat)diceretur etiam ex magno interuallo totus euinci per prædicta,Mod.in d.l.1.nu.130.cum ſeq.

6 Quid dicendum † de augumento caſuali? Emi fundum mille, precium fundorum ſucceſſu temporis creuit,nunc mihi fundus euincitur, an venditor teneatur ad iſtud caſuale augumentum? Videtur ꝙ non,quia perfecta uenditione,& multo magis re tradita, ut hic, omne periculum, damnum, & commodum ſpectat ad emptorem non autem ad uenditorem.l.neceſſariò,de peric.& comm.rei uend. Si igitur non tenetur uenditor de damno,uel decre-

decremento contingēte caſu fortuito, in quo emptor magis uidebatur certare de damno, igitur multo minus tenetur de incremento fortuito, in quo emptor uidebatur nō de damno, ſed de lucro certare. Tum uidetur text. rotundus in l. ex mille. §. ꝙ ſi modo, de euict. vbi loquendo in materia euictionis decidit uenditorē non teneri de euictione augumenti, quod per alluuionem acceſſerit, igitur nec de huiuſmodi augumento, quod æquè fortuitum eſt. Et ſic uidetur uenditorem hic non teneri niſi ad precium. Breuiter dico, ꝙ tenetur etiam in id quod extrinſecus intereſt ratione huius augumenti, non tamen ultra duplum, & non ultra bis mille: quæ moderatio indubitata eſt. Quòd autem ueniat in conſiderationem huiuſmodi formatum intereſſe habens ortum à caſu probat text. in l. uenditor hominis, de euict. Vbi in cauſa euictionis habetur ratio eius, quod per ſeruum emptū acquiſitum fuiſſet emptori ceſſante euictione, ut ſi ſeruus emptus poſtea fuit ab aliquo hæres inſtitutus non contemplatione emptoris, ſed quacunque ratione, uel caſu, quod augumentum nō minus eſt caſuale, quàm illud de quo in themate. Tum etiam ſine lege ſpecifica ſufficerent theſes generales de eo, quod intereſt præſtando præter precium. l. ſi in uenditione. l. emptori, de euictio. Non obſtat, ꝙ

uenditor non tenetur de caſu fortuito, quia uerum eſt non ſolum de lucro, quod per caſum aufertur, ſed etiam de damno, quod caſu infligitur. Secus ſi damnum infertur, uel lucrum aufertur non caſu, ſed per euictionem ex defectu iuris uenditoris, quia tunc etiam ſi illud lucrum, quod nunc per euictionem aufertur, fuerit caſu quæſitum, tamen uenit in euictione, & rependi debet, tex. in l. uenditor hominis, de euictio. Non obſtat d. l. ex mille, quia loquitur in ſtipulatione duplæ. Fateor etiã ꝙ d. l. ex mille, poteſt procedere in actione ex empto ex primo capite ad precium, ſecus in ſecundo capite actionis ex empto, in quo uenit iuſtum intereſſe etiam caſuale. d. l. uenditor, itaque iſtud ſecundum caput modo in minus competit, prout plus uel minus iuſtè intereſſe probatur. l. ſi cum uenditor. §. diuiſione. l. euicta. 2. de euict. Mod. in dicta. l. prima, num. 135.

B *Euictione*} Promiſsio etiam donatoris de faciendo bonam donationem obligat donatorem non ſolum ut faciat illud eſſe donatarij, ſed etiam ut teneatur de euictione, ita decidit Corn. conſi. 141. col. fi. lib. 2. Mod. Pariſ. conſi. 36. num. 15.

C *Euictio*} Cõtra. l. ſi unquã. C. de reuo. don. non datᷣ euictio, Cor. ꝯſ. 11. lib. 3. Mod. Pariſ. tract. de dona. fac. in contr. matr. nu. 41. in fi.

D Ge-

 348

D *Genere* Res in genere uendita poſt euictionem agi poteſt non ſolum de euictione, ſed etiam ſi malit emptor primitiua obligatione ad dandum, uel præſtandum in ſimili ſpecie. Sed certa ſpecie uendita non poteſt poſt euictionem agi primitiua actione ex empto, ſed ſecundaria duntaxat ad ſecundum caput euictionis, uidelicet, ad intereſſe, Mod. Pariſ. in tract. diui. & indiui. in princ. num. 26. Niſi ſciens rem alienam eſſe mala fide tradiderit bonę fidei emptori, tunc enim ante euictionem conueniri poteſt ad ſolidum intereſſe. l. ſeruus quem. §. ſi ſciens, & ibi glo. Bart. & Saly. de act. emp. glo. pen. in l. ſed hoc nomine, de euict. gloſ. 2. in l. ſi tibi. C. de euict. text. iun. glo. 2. in l. ſi decem, de ſtatul. facit tex. in l. ſi hominem, ibi, nec expectabimus ut creditor euincat, & ibi glo. penult. de ſolut. Cepol. caut. penul. quamuis Paul. limitet illum text. in d. §. ſi ſciens, ut agatur ad particulare intereſſe tantum, donec euincatur & malè. Verùm eſt, ꝙ d. §. ſi ſciens, loquitur in eo, qui ſpeciem alienam ſciens uendit. Sed ego amplio etiam ſi tempore contractus eſt bonæ fidei, ſed tempore traditionis malæ fidei, & tamen tradit bona fide recipienti. Et moueor, quia tenetur uenditor præſtare dolum malum abeſſe, in qua ratione & obligatione fundatur expreſsè d. §. ſi ſciens, & ſic à ratione in eodem tex. ex-

 preſſa

preſſa extenditur, etiam ſi non ſit mala fides, niſi tempore traditionis, in qua doloſè de facto uerſatur, Mod. Pariſ. ubi ſuprà, nu. 28.

E *Hæres* } Nota, q̄ §. diuiſione. l. ſi cum uenditor, de euictio. neceſſariò debet intelligi de euictione ſecuta non facto, uel defectu iuris defuncti (quo caſu non agitur ad intereſſe extrinſecum, ſed ad ſimplum dũtaxat, & pro parte conuenti) ſed facto, uel culpa cohæredis, qui conuenitur, quo caſu non ſolum ad ſimplum pro parte ſua conuenitur, ſed etiam in omne id quod extrinſecus intereſt, infra tamen duplum ceſſante dolo. Et ſic rectè quadrat caſus ſecundum. l. ſi fratres. C. com. utr. iud. ubi cohæres prius hypothecauit creditoribus ſuis, deinde diuiſit & tacuit, unde alter euictionem patitur, ob huius factum aget ꝫ eum non ſolum ad ſimplum, ſed etiam ad oẽ intereſſe, etiam ſi diuiſio facta erat cum procuratore eo ignorante, ſed poſtea diuiſionem ratam habuit ſimpliciter non admouendo, nec deducendo hypothecam à ſe factam. Pariter ſi culpa huius in cauſa euictionis laudati noluit, uel neglexit edere inſtrumenta, quæ penes ſe erant, unde euictio ſecuta eſt, habet locum d. §. diuiſione, qui debet intelligi de ſolo intereſſe extrinſeco, quod tanto minus eſt, quanto res tunc uilior & deterior eſt, ut in l. euicta. 2. in fi. eo. tit. Cæterum ſimplæ

euictionis obligatio ob rei deteriorationem non minuitur. l. ex mille. §.ſi totus, de euict. Mod. Pariſ. in l. 1. C. de ſent. quæ pro eo quod int. num. 147.

F *Euictionis*}. Vel niſi teſtator omnino uoluit hæredem teneri de euictione ac ſi uendidiſſet, quod dico, quia aliàs in dubio teſtator ẽt expreſsè obligans hæredem de euictione non cenſetur cogitare niſi de precio, non autem de damnis & intereſſe. Quæritur ergo, quædam domus legata eſt ſub ꝯditione, qua pendente creuit, uel decreuit eius æſtimatio. Cuius temporis ualor attendetur in taxatione eius, quod propter moram, uel culpam hæredis non tradentis intereſt. An tempus diſpoſitionis, ſiue teſtamenti, an mortis, an conditionis extantis, legatiq; cedentis? Si legatum eſt purum, uel teſtatore uiuo purificatũ, non tempus teſtamenti, ſed tempus mortis teſtatoris inſpicitur. Sed quid ſi in diem certum etiam adhuc tempore mortis pendentem? Et prima facie uidetur idem, quia non impedit ceſsionem, & certi ſimpli determinationem, facit. l. ſi filiusfam. in prin. de uerb. obl. l. quæ legata, de reg. iur. cum ſimilibus. Contrarium dico, quia non poteſt inſpici æſtimatio rei antequam efficaciter debeatur, & peti poſsit. Itaque quantum ad hoc non inſpicitur ualor uel æſtimatio, quæ eſt tempore diſpoſitionis,

vel etiam obligationis cedentis, ſed quæ eſt tempore, quo non ſolum ceſsit, ſed uenit dies, & peti poteſt, text. eſt rotundus in l. quoties, cum l. ſeq. de uerb. ob. idem in ultimis uoluntatibus. Non obſtat d. l. ſi filiusfam. cum ſim. quia loquuntur quantum ad ipſam acquiſitionē iuris & obligationis, quia tunc eſt differentia inter contractus, in quibus tempus contractus inſpicitur, etiam ſi eſt conditionalis, & ultimas uoluntates, in quibus dies legati cedentis. Et hoc ad ſciendum cui acquirit ius. Sed ad ſciendum quantum ſit illud ius, & quanti debeat æſtimari, non poteſt attendi tempus antequam efficaciter debeatur, & peti poſsit, facit. l. cum quis, de act. & obl. Mod. Pariſ. in d. l. 1. num. 73.

SVMMARIVM.

1 *In permutatione rei æſtimatio quo tempore inſpicitur.*

2 *Euictio locum habet in permutantibus beneficia.*

G
1 PERMVTATIONE] In permutatione † & alijs contractibus præter uenditionem res quā quis moram, uel euictionem paſſus habere debet, uel eius æſtimatio communis tpe contractus inſpecto, eſt uerum ſimplum, ceſ-

ſante uerò partium æſtimatione, quòd ipſum 2
ſimplum referendum ſit ad ualorem & æſti-
mationem, quæ erat tempore contractus, eſt
tex. rotundus, licet non ſoleat citari, in l. Ti-
tia, in fi. de iur. dot. Vnde circa hęc diligenter
aduertendum, ꝙ iſtud ſimplum non recipit
ex poſt facto augumentationem nec diminu
tionem reſpectu eius, quod per l. 1. C. de ſent.
quæ pro eo quod int. taxandum eſt. Et ratiò
eſt manifeſta, quia hoc ſimplum nō eſt aliud
quàm illa certa quantitas, uel natura in diſpo
ſitionem, uel obligationem principalem de-
ducta, ſed non poteſt habere certam & ſtatam
naturam, niſi per reſpectum ad tempus diſpo
ſitionis, uel contractæ obligationis principa-
lis, ad quod tempus diſpoſitio (etſi eſt condi-
tionalis uel in diem) refertur. Et ſic certitu-
do, quæ tunc inuenitur, taxat hoc ſimplum,
nec attenditur mutatio ſequens. l. Rutilia Pol H
la, de contrah. emp. Et alioquin, cum omnia
humana in perpetuo motu conſiſtant. §. ut
aũt, in auth. de non alie. aut permu. nihil eſſet
certum, niſi per eam relationem. Tum pun-
ctualis ratio huius taxationis, quæ eſt, quòd
non cenſetur quis uelle, nec æquum eſt, peri-
clitari ultra quàm ſit principale, non refer-
tur niſi ad tempus, & principium contractæ
obligationis principalis, Moder. Pariſien. in
dicta l. 1. num. 71.

2 In duobus † permutantibus beneficia pōt habere locum euictio. Quod intellige primò, ſi euictio ſequatur ex defectu iuris reſignantis, ſaltem ob eius dolum uel culpam, ſecus aliàs. c. ſi beneficia, de præb. lib. 6. Secundò, niſi euictio fieret ex diſpoſitione legis, contra quam nulla querela datur, ſiue fiat ex poteſtate legis ſcriptæ. l. damni infecti. 1. §. 1. & ibi Imo. de dām. inf. Rom. conſi. 405. in fi. ſiue ex poteſtate legis animatæ. l. Lucius, de euictio. Tertiò non procedit, nec datur ob cauſam de nouo ſuperuenientem. l. 1. in prin. ibi. Actor enim ex his tātum cauſis ſuo ordine tenetur, quæ ex præcedenti tempore cauſam euictionis pariant. C. de peric. & comm. rei uend. l. 3. in fi. ibi. Hic autem actio poſtea eſſe cepit, de euict. Mod. Pariſ. in regul. Cancel. de public. reſignat. num. 130.

H *Feudo* § An patronus teneatur in futurum ipſi uaſallo de euictione feudi? Dic breuiter ꝙ non, ſiue uaſallus impetatur in iudicio ſiue extra, in petitorio ſiue in poſſeſſorio. Aut eñ iniuſtè impetitur, & agat contra impetentē, & ius ſuum deducat. Aut iuſtè & idem. Quia huiuſmodi renouationes inueſtiturarum ſemper intelligūtur fieri ſaluo iure alieno, & hoc ſolet in illis exprimi, & omiſſum tacitè ſubintelligitur. Fallit tamen quantum ad ea quę patronus recepit à uaſallo, uel niſi ad hoc expreſsè

preſſe ſe obligauerit patronus, & ad defendendum in totum uaſallum contra omnem. Sed quid ſi feudum in totũ, uel in parte euincitur attenta ſolum originali inueſtitura? r Diſtingue, aut eſt facta gratis & liberaliter, prout eſt natura feudi, & tunc non eſt locus recurſui euictionis, ſicut nec in donatione. l. ſecunda, C. de euict. l. Ariſto, de donat. l. ad res donatas, de ædil. edic. Sed ſolum uaſallus pro futuro tempore releuatur ab omnibus oneribus feudalibus pro rata reſpectu rerum euictarum. Aut apparet infeudationem eſſe factam mediante precio, uel æquipolenti compenſatione, & tunc locus eſt euictioni, niſi culpa uaſalli interuenerit, quemadmodũ in contractu uenditionis, permutationis, & ſimilibus locus eſt euictioni ſecundum diſpoſitionem iuris communis. Feudum enim inquantum non habet propriam naturam feudi regulatur ſecundum naturam contractuũ, quibus hactenus accedit, not. Feudiſtæ in cap. 1. de feud. non hab. prop. nat. feud. Curt. Iunior tract. feud. par. 1. q. 6. Debebit igitur tempeſtiuè interpellari patronus, & omnia obſeruari, quæ in materia euictionis à iure diſponuntur, alioquin ceſſabit euictio. l. emptor fundi, C. de euictio. quam l. limita & intellige vt ſuprà §. 3. Mod. Pariſ. in conſuet. Pariſien. §. 44. quæſt. 9.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Locatio in materia euictionis dupliciter conſideratur.*

2 *L. ſi tibi alienam, cum l. ſeq. intellectus.*

3 *L. ſi prægnans, & l. venditor, de euictionib. explanatio.*

4 *Doct. obſcurant. §. ex empto. l. emptorem, de act. emp.*

I L. SI QVIS DOMVMꝫ In §.j. huius.l. not.Alb. Bal.in lect.antiqua in fi.Bar.& Paul.differentiam
1 eſſe, an † quis locet rem ſimpliciter,an uerò tanquam uſufructuarius,uel emphyteuta; quia hoc ultimo caſu ſecuta euictione ſine ſua culpa ſecundum naturam illius iuris,uel qualitatis in qua contraxit,non tenetur de euictione, ſecus ſi tanquam proprietarius,uel dominus contraxerit,quia tūc ſecum contrahentem decepit,& teneri debet. Item ſecus ſi expreſsè ſe obligauit de euictione. In quo not. ꝙ non ſufficeret generalis & ſolita clauſula euictionis; quia illa generalis clauſula intelligitur ſecundum naturā actus, per l.fi.& quæ ibi not. C.de non num.pecun. Sed tunc opus eſſet,ꝙ ſpecialiter promitteret euictionem. Tamen quo caſu dixi non teneri de eui-

de euictione, debet intelligi de damnis & intereſſe, quia ad reſtitutionem precij tenetur ſecum contrahenti pro rata, ſcilicet, qua ille contrahens non potuit frui, per tex. & not.in l.emptorem.§.fin.de act.emp.niſi ſpecialiter eſſet conuentum non præſtari euictionem reſpectu certæ perſonæ,quia tunc ex quo ad certam & ſpecialem cauſam euictionis eſt deuētum, excluditur etiam precij reſtitutio, ſicut ſi de precio non repetendo expreſsè eſſet conuentum,per tex.in l.qui libertatis, in prin.de euict. ubi ita tenent Bart.& Bald. Salyc.in l.1. C.de peric.& comm.rei vend.Rom.ſing.382. ſi uendo,Paul.in d.§.fin.Aret.in §.actionum, col.16.inſt.de act.Marſ.ſing.656. Quod eſt intelligendum in uenditione fructuum pro certo precio à principio ſemel ſoluendo. Secus in locatione,uel uenditione fructuum precio per ſingulos annos pro rata diſtributo, quæ eſt uera locatio,ut tradit in Bar.in diſput.Publicanus. In locatione autem indiſtinctè fienda eſt remiſsio mercedis pro annis,quib.non licet frui,per iura uulg. l. qui inſulam.§.ædilis,l.ſi fundus,& per to.loca.Mod.in conſuet. Pariſ.§.1.gl.8.nu.39.cum ſeq.

2 L.ſi tibi alienam,† cum l.ſeq.loca.not.Vbi emolumentum maioris relocationis à conductore ob euictionem amiſſum, maiorem efficit cōdemnationem eius quod intereſt,quod

per

per prædicta debet intelligi, ut cũ omni alio extrinſeco intereſſe non excedat duplum, in quo ineſt ſimplum per hanc.l. Simplum autẽ ex parte conductoris eſt tota merces conductionis euictæ ſecundum not. per Mod. in d. l.1.C.de ſent.quæ pro eo quod int.num.131. quæ ſi prærogata fuerit, debet pro rata reſtitui, aliàs remitti præter id quod extrinſecus intereſt. Et circa hoc ualde errant Accur.Bar. Salyc.in d.l.ſi quis domum,in prin.in l.ſi fundus,in fi.loc. ubi d.iura reſtringunt ad ſcienter locantem domum alienam, & tenent, ꝙ locans ignoranter ſecuta euictione non tenetur in id quod emptoris intereſt, ſed ſolum ad remiſsionem mercedis pro rata, quod eſt falſum, & contra text. rotundum in l.ſi uerò. §.ubicunque,in fi.eod.tit. & contra tex. ſatis apertum in d.l.ſi quis domum, in princ. quæ loquitur de eo,qui bona fide fundum uel domum emit,& mihi locauit. Plus addit text.ꝙ res locata ſine dolo & culpa locatoris euicta eſt, ergo bona fide & ignorans alienam locauerat. Et ſic Accurſ. & ſequiores peruertunt illum tex. dum ſupplent,cum ſciret alienam, quia tunc fuiſſet in dolo, quod text. negat,& expreſsè loquitur in eo, qui eſt in bona fide, quem tamen uult teneri ad intereſſe,quod eſt iuſtum ſub d.l.1.moderamine,ut dixi,ex quo defectu iuris locantis euincitur, & alioquin

locatio

locatio non iiſdem regulis uteretur quibus & uenditio,cõtra tex.in l.2.loc.inſt.eo.in princ. Et ita contra glo.tenet Paul.in d.l.ſi quis domum,& in d.§.ubicunque. Secus ſi non euinceretur ex defectu iuris locantis,ſed per uim de facto illatam ab alio,quem locator prohibere non poteſt, quia tunc ſat eſt mercedem pro rata reddere, uel remittere.l. ſi fundus,in fin.eo. tit. quæ ita clarè loquitur, & ita debet intelligi, & hoc niſi procedat ob inimicitias culpa locatoris contractas.l.ſi merces.§.culpę,loca. Appoſt.ad Alex.conſ.168.in fi.lib.2. Mod.in d.l.1.nū.176.

3 L. ſi prægnans, † de euict. quæ negat ſolo partu euicto uenditorem teneri de euictione, ſolutio facilis eſt, quam rectè tradunt glo. & Doct. ꝙ ea. l. loquitur non de actione ex empto, ſed de actione ex ſtipulatu ad duplum; quæ competit ad duplum rei, uel partis euictæ,etiam ſi nõ interſit,niſi in ſimplo euictio. Quæ ſolutio nõ à remotis colligitur, ſed primò ex eadem.l. ex ratione decidendi in ea expreſſa, quia partus (inquit) euictus non eſt. Quæ ratio meram contractus & uerborum formulam ſtrictam recitat, & ſic non cõgruit actioni ex empto, in qua (ut pote bonæ fidei & fauorabili) magis effectus attenditur, ſed ſolum actioni ex ſtipulatione duplæ,quæ ſtricti iuris eſt & odioſa. Secundò ex l. uaccæ,

quæ

quæ mox ad prioris declarationem ſubtexit. Quamuis enim uſusfructus ſit pars rei, ut poſsit inde committi ſtipulatio duplæ, tamē partus non dicitur pars rei, in quantum res eſt ſimpliciter uendita, etiam ſi tempore uenditionis ancilla prægnans erat, & ob id carius uendita. Quemadmodum ob quamlibet aliam acceſsionem tempore contractus inexiſtentem, quæ non ob id dr̄ pars rei uenditæ, ſed acceſsio. Sicut in ſimili, quæ commodatis, uel depoſitis rebus accedūt, non dicuntur ſimpliciter commodata, uel depoſita, ſed eorum acceſsiones, licet etiam pro eis competat actio cōmodati, uel depoſiti. l. ſi ut certo. §. uſq;, commo. l. 1. §. quæ depoſitæ, depo. Sic etiam competit actio ex empto. l. emptorem. §. ſi quis rem. l. Iulianus. §. in his, de act. emp. In quo aduertendum, in quantum hæc acceſsio inerat actu tempore contractus eſt pars rei, & ſi pro parte rei habetur quantum ad actionem ex empto, in quantum autē hæc acceſsio tunc non inerat actu, ſed poſtea ſuperuenit, uel aucta eſt, nō eſt pars rei, nec ſimpli, ſed uelut augumentum (ſi non cadit in fructus) ut partus hominis, uel hæreditas, & ſic computatur cum reliquo intereſſe extrinſeco duplando, ut dixi ſup l. uenditor, de euic. Si uerò cadit in fructus, ut fœtus uaccæ, non computatur in intereſſe duplando, ſed compen-

penſatur cum interuſurio, puta quod habet uenditor, Moder.in dicta.l.1.num.129.148. Sed hic ſuboritur alia quæſtio neceſſaria ad prædicta, quid in caſu d.l.uenditor, ſi ancilla uendita & tradita erat aliena, ſed prius obijt quàm euinceretur, relicto precioſo partu qui euincitur? Reſpond. ſtipulationi duplæ locũ non eſſe, ſed tantum actioni ex empto, nõ ex primo, ſed ex ſecundo capite dũtaxat, ueniet ergo partus tanquàm intereſſe, & ſic hoc caſu uenditor (qui tamen non fuit in dolo) non tenebitur niſi uſq; ad ſimplum, uidelicet, uſque ad metas precij tantum, ne quod intereſt illud excedat, & ne uenditor per obliquum teneatur de caſu ancillæ, quæ emptori perijt, ad quem caſus ſpectat.l.neceſſario, & per tot. de peric.& comm.rei uend.l.ex mille, de euic. Idem ſi ancilla uiuit, ſed non euincitur, ſiue, quia dominus abdicat, ſiue, quia uenditor redemit à dño, aut aliter facit, ut eam omittat, quia ſatis eſt eam non euinci, ſed emptori (ſi ea uiuat) relinqui. Secus ſi non relinquitur ei, licet de facto non euincatur, eo ꝙ in fuga ſit, ſed declaratur ſpectare ad euincentem, & condemnatur emptor ad reſtitutionem, ſi in ſuam poteſtatem uenerit, tunc enim ſatis dicitur euicta, ẹtiam ad ſtipulationem duplẹ.l.euictus, de euict. Non obſtat, ꝙ partus eſt cauſa rei, ut fructus, & ſic non

 debet

debet computari in intereſſe extrinſeco, neq; duplo ſubſit, ſed in totum uenire, quia aliàs reſponſum fuit, & tradunt Modern. in dictâ l. j. num. 149.

4 Pariter † glo.& Doct. obſcurant. §. ex empto, in d.l. emptorem, uerſ. ſatis autem non dantem, quantiplurimi actorem periclitari oportet. Qui text. eſt clariſsimus, nec uult aliud dicere, quàm reum damnandum in uerum,& plurimum,ſiue ſummũ intereſſe actoris. Non enim loquitur de ſimpli repromiſſione duplæ, quia ſatis per actionem ex empto ſuppletur. l. 2. l. emptori duplam, de euic. ſed de ſatiſdatione promiſſa non præſtita, ſiue ſit promiſſa de euictione totius rei, ſiue certæ qualitatis, puta uitij, uel ſeruitutis, ſiue de ſimplo, ſiue de duplo. Et dicit, ꝙ non ſatiſdans uti promiſit, debet damnari quantiplurimi actor inde periclitatur. Ait autem, periclitari oportet. Quæ uerba (nempe Vlpiani viri ſcientiſsimi,& elegantiſsimi) habẽt magnam,& elegantem emphaſim, non ſolum enim præſens, ſed etiam futurum tempus reſpiciunt, perinde ac ſi dixiſſet. Condemnandũ in id quod ob id intereſt,& intererit actoris. Hoc duntaxat uult dicere ille text. nec potuiſſet melius, quia intereſſe ſatiſdationis non præſtitæ non momentaneum eſt, ſed ſucceſsiuum. Cæterùm de taxatione & exactione

ne huius intereſſe nihil dicitur in d. uerſ. ſed hoc in alijs iuribus & æquitati ſubiecti negocij relinquitur. Et ſic reijcienda eſt anxia intricatio Accurſ. ibi, necnon operoſa diſtinctio Bart. Paul. & Doct. ibi non minus falſa, quàm commentitia. Quod enim dn̄t, ceſſantem ſatiſdare per dolum ſtatim in duplū condemnandum & exigendum, ut nec reddat, ſi periculum, uel euictio non ſequatur, per l. 2. de euict. l. locum. §. ꝯdemnatio, de tab. exhib. & idem uult Bart. in d. l. 2. falſum eſt, quia in d. §. condemnatio, pœna eſt ſpecialis in illo edicto ſpecialiter facto contra non exhibentes tabulas teſtamentarias duntaxat, qua in re non ſolum priuata, ſed etiam publica uerſatur utilitas. l. uel negare, quemad. teſt. aper. Ideo pœna illa non pōt ad diuerſum caſum, ubi eſt alia, & minor ratio, trahi. Dicta uerò l. 2. nullo modo dicit, nec ſentit ſtatim duplū exigendum, ſed condemnandum ad ſoluendum duplum quando caſus eueniet, perinde ac ſi per ſtipulationem cautum fuiſſet. Patet, quia ꝯdemnatio, de qua ibi, refertur ad actionem, actio autem ad promiſsionem, ſcilicet, per ſtipulationem faciendam, quia actum fuerat de dupla, uel id rei qualitas & conſuetudo exigebat. l. emptori duplam, de euictione. A
Ergo ſententia non poteſt intelligi plus continere, quàm actio, uel ſtipulatio, & ita debet

ille tex.planè,ſimpliciter,& ſine ulla ſophiſtia intelligi reiectis anxijs, & ſuperuacuis intricationibus Accur.Bar.& aliorũ ibi. Redeundo ad d.uerſ. ſatis autem, fateor, ꝙ ſi emptor omnino non erat empturus ſine ſatiſdatione, & hoc actum fuit expreſsè,uel tacitè ſciente, uidelicet, uenditore non empturum (aliàs propoſitum emptoris in mente retentum nõ faceret duriorem obligationem uenditoris.l. ſi repetendi.C.de cond.ob cau.) & poteſt (ſi uelit) emptor agere ad redhibendum & reſoluendum contractum, arg. l. arboribus.l.ſed Celſus.§.1. de contrah. emp. & tunc non loquitur d.uerſ.ſed loquitur d.l.arboribus, & l. ſi uẽditor,de ædil.edi.& ſimiles,quæ de redhibitione,uel reſolutione loquuntur. Sed ſi emptor nolit, uel non poſsit agere ad redhibendum loquitur d.uerſ. Et ſic etiam contra dolo ceſſantem non poterit ſtatim totum exigi; quia nec duplum nec ſimplum quidẽ totius ob id uenit, ſed tantum quod ob id intereſt, & intererit,nec priuſquam interſit taxari, uel exigi poterit. Modern. in dicta. l.1. num.86. cum ſeq.

§. V.

A *Qui autem* } Obligatio reſtitutionis precij ob euictionem ſecuta ſupereſt ob æquitatem d. §. qui autem, quæ eſt æquitas, de qua in

in l.ſi me & Titium, ſi cer.pet.ne uenditor lucrum retineat,& emptor damnum ferat.Mod. Pariſ.conſil.49.nu.2.

SVMMARIVM.

1 *Nominis venditor non tenetur præſtare debitorem locupletem.*

2 *Creditor tenetur præſtare ſe creditorem eſſe.*

B 1 CREDITOR} Qui † uendit nomen non teneretur præſtare locupletem eſſe debitorem; ſed dũtaxat debitorem eſſe, text. in l. ſi nomen,de hæred.uel act.uend. ubi Bal.uetus pragmaticorum dictum citat, ꝙ cedens non tenetur facere nomen bonum, Bal.conſ.270. lib.1.Paul.conſil.170.lib.2. Alex.conſil.242. ad fin.lib.6. Imò tex. ait, ꝙ ceſsionarius ipſe nomen bonum facit, id eſt, pro tali ſuo periculo accipit,ut inquit tex. in l.inter cauſas.§. abeſſe, mand.ibi. Quia bonum nomen facit creditori, qui admittit debitorem delegatũ, id eſt,accipit in ſolutum pro bono qualecunque ſit,Mod.Pariſ.conſi.49.nu.9.

2 Creditor † licet non teneatur de euictione ex defectu iuris pignorantis.l.1.& per tot. C.cred. euict. pign. non debe. tamen tenetur præſtare ſe creditorem fuiſſe, hoc eſt, tenetur

ad limites iuris pignoratitij, ſeu qualitatis in qua uendidit, unde tenetur omne ius pignoratitiũ, quale habet, ſi eſt efficax, ſaltem ꝯriã pignoratitiam, quam in omnem euentum habet, contra debitorem cedere emptori ſuo, eiuſque indemnitati, quantum ſine diſpendio ſuo poteſt, conſulere, & adhoc emptori ſuo ex proprio contractu obligatus eſt, & in hoc emptor ſecutus eſt fidem uenditoris ſui. Et plus, creditor ad hoc tenetur etiã iure actionis. l. pe. de diſtr. pig. & l. in creditore, de euic. vbi text. inquit, ꝙ ad hoc teneatur ex empto, Mod. in tract. uſur. q. 46. num. 335. niſi promiſiſſet non ſolum euictionem iuris. l. ſi nomen, de hæred. uel act. uend. ſed etiam facti, uidelicet, debitorem fore ſoluendo, quia tunc teneretur. Mod. in d. tract. uſur. q. 62. nu. 413.

C. *Auctoris* § De natura contractus emptionis, & uenditionis eſt teneri uenditorem de euictione reſpectu ſui, & pro facto auctorum ſuorum etiam extraneorum. l. emptorum. §. qui autem, & ibi gloſ. in uerb. per omnes, de act. emp. & in l. inter ſtipulantem, in princ. & ibi glo. in uerb. habere licere, de uerb. obliga. facit. l. ſi fundus, uerſ. nam & ſi uendideris, & ibi Alb. poſt glo. loca. ubi uenditor fundi publicati poſt venditionem, licet non teneatur de euictione reſpectu intereſſe, tenetur tamen reſtituere precium. Et in hoc à pari procedunt

dunt locatio,& uenditio, nec traditio in hoc caſu uidetur conſiderabilis reſpectu translationis periculi.l.1.& l.neceſſario, de peric.& comm.rei uend.& l.1.C.eod.tit.& ibi Ang.in 1.not.Alb.in l.euicta re,num.2.de euict.Item pro hac opinione uidetur in terminis deciſio Ang.in d.l.1.not.2.C.de peri.& com.rei uēd. Vbi ſi exules ex forma legis,ſeu pactorum reſtituuntur ad bona tenetur tunc uenditor de euictione, quia cauſa euictionis iuris fictione præceſsit contractum.

D *Particularis* § Venditor pro facto auctoris ſingularis non tenetur ſecundum gloſ.fi.in l.ſi cum fundum, de uerb.ſig. quam dicit ſing. Crem. ſingul.158. quem ſequitur ibi Appoſt. num.3.& Alciat.in d.l.ſi cum fundum, in fin. Tiraquel.de retract.conuent.§.1.gl.6.nu.5. Non procedit quando facta eſt promiſsio de præſtando,& conſeruando indemnem partē agentis ab omnibus conditionibus, propter quam promiſsionē tenetur de euictione quo modocunque res euincatur, Abb. conſil.43. lib.1.quem refert,& ſequitur Dec.conſi.323. num.4.Pariſ.conſil.76.num.21.lib.3.Gratus conſi.7.num.24.lib.2.Natta in rep.clem.ſæpe,in prin.uerb.cauſas,col.fi.de uerb.ſignifi. & tenetur de caſu fortuito ſecundum Salyc. in l.1.not.2.C.commo.perinde enim eſt ac ſi promiſiſſet facere, ꝙ damnum non eueniſſet,

 & ſic

& ſic tenetur ad omne intereſſe, Socin.Iunior conſil.78.num.20.lib.2.poſt Salyc.in l.2.q.2. C.de ſent.quæ ſine cer.quant.prof.Did.lib.3. reſolut. cap.17.nu.7.ubi latè de promiſsione euictionis cum uerbis uniuerſalibus,& generalibus. Ex præmiſsis patet reſponſio ad adducta in contrarium,quia non habent locum in caſu noſtro. Nam Crem.d.ſing.158.& alij loquuntur, quando uenditor pacto noluiſſet teneri de euictione,niſi pro ſuo facto tantum, quo caſu non tenetur pro facto auctoris ſingularis. Et ita cenſuit Senatus Subalpinus,ut refert Rot.Pedem.deciſ.48.

SVMMARIVM.

1 *Oblatio altero de ſex modis fit.*

E HYPOTHECARIAM; Et tūc
1 habebit locum oblatio, quę † altero de ſex modis fit. Primò ad moræ purgationem, & tunc ſola ſufficit abſque depoſitione, ſeu conſignatione.l.illud, de peric.& comm. rei uend.l.ſi ſeruum.§.ult. de uerb.oblig. Ideo datur remedium ad hoc,ne uenditor conſtituatur in mora, Bart.in l.pen. circa fin. de diſtr.pign.quia quando debitor dicit, ſum paratus ſoluere, debet creditor rñdere,ſum paratus recipere.

Quod

Quod remedium pro ſingulari commendat Iaſ.in l.2.col.63. C.de iure emph. Alex. in l.ſi mora,col.5.uerſ.omnes, ſolut.mat. Secundò fit ad uſurarum prohibitionem, & tunc aut quæritur de curſu earum incipiendo, aut de iam incepto. Si de iam incipiendo, tunc ſola oblatio impedit. l. ſi per te, & l. ex prædijs.C. de uſur. Si de curſu iam cepto, quidam dicebant, ꝙ ſola oblatio non prohibet, ſed requiritur conſignatio, & depoſitio. l.ſi creditori. C.de uſur. Paul.in l.acceptam. C.eod. col.3. poſt Bald. ibidem, cuius dicta ad hoc multũ commendat. Sed contrarium eſt uerius. Moder.in tract.uſur.q.39. Si enim compenſatio ipſo iure impedit curſum naturarum, quę inceperunt currere, etiam ſi compenſatio non opponatur ab homine.l.cum alter, cum l.ſeq. de comp.l.ſi conſtat.l.etiam.C.eod.& tenent glo.Bar.Bald.Ang. Paul.Fulg. & omnes in d. l.ſi conſtat, & generaliter ubicunque defectus ſolutionis poſſet afferre præiudicium, uel damnum debitori, Alex.conſil.45.num.4.lib.3. conſi.74.num.4.lib.5.Soc.conſil.130. ad fin. lib.4.Curt.Sen.conſi.70.col.ult. Iaſ. §.in bonæ fidei, inſt.de act. Soc.in l. Iulianus, num.9. de cond.& demonſt. Quanto fortiùs oblatio congrua facta ab homine, quæ plus eſt, quàm compenſatio non oblata ab homine. Ad iura in contrarium reſpondent Moder. in d.q.39.

Tertiò

Tertiò ad euitandam pœnæ commiſsionem, & tunc ſola oblatio ſufficit.l. Celſus,in fin.de arb.l.traiectitiæ,de act.& oblig.Et ſic in quolibet debito conditionali.l.ſi poſt diem.§.itē ſi qua, quan. dies leg.ced. Quartò fit ad pignoris liberationem, uel ad agendum pignoratitia. Tunc aut fit in iudicio, & tunc ſola oblatio operatur, itaque naſcitur pignoratitia actio.l.ſi rem.§.fi.cum l. ſeq.de pigno.act. Aut fit extra iudicium, & tunc aut quæritur nunquid operetur quantum ad ius actionis pignoratitium, aut quantum ad ius excipiendi. Si quantum ad actionem,tunc quidam dicebant, ꝙ ſola oblatio non operatur abſque conſignatione,& depoſitione.d.l.acceptam.l. nec creditores,in fi.C.de pign.act.l.inuicem. C.de comp.l.ſi reſiduum.C.de diſtr.pig. Sed uerius eſt,ꝙ ſola oblatio operatur abſq; conſignatione, quia extra iudicium ſola realis & congrua oblatio impedit ipſo iure pignorū uenditionem, text.in d.l.reſiduum,in 2.reſp. ibi, ſiue oblato ſuperfluo, intelligitur etiam extra iudicium, prout indiſtinctè loquitur, quamuis princ.d.l.loquatur de oblatione iudiciali etiam non reali. Et ita debet d.l.rectè intelligi, & in utroque reſp. diſtingui quāuis nemo animaduerterit. Quintò aliquando fit ad transferendum periculum in aduerſariū, tunc ſola oblatio congruo loco & tpe facta,

ut

vt in l.ſi ſoluturus,de ſolu.ſufficit, non ſolum ad eximendum à periculo, ſed etiam ad trāſferendū illud,ſi creditor recuſauerit, uel aliàs in mora conſtitutus fuerit, etiam ſi prius offerens fuerat in mora, quia ultima attendit, tex. in l.illud,de peric.& comm.rei uend.tex. in l.qui decem,in prin.de ſolu.l.ſi debitor,eo. tit.l.ſi ex legati cauſa, de uerb.obligationib. Et ſecundum communem glo. Bar.& omniū Doct.in d.l. qui decem, debitor generis ſumma oblata perempta liberatur ope exceptionis,debitor uerò ſpeciei ipſo iure.Idem in debitore generis ex cauſa dotis, & ſequit Dec. in l.quod te,num.26.lect.ult. ſi certum petat. Sextò fit ad debiti liberationem, & tunc ſola oblatio non ſufficit,ſed requiritur depoſitio, & conſignatio.l.ſi debitor offerret, iun. gl.de ſolu.& l.obſignatione.C.eo.tit.Ancar.conſil. 331.col.2.in princi. Bart. in l.prætor ait. §.ſi quis paratus,de ope.no.nun.Rom.conſ.163. in fi.conſi.204.col.2. Bal in c.licet,ſi de feud. fuer.contr.Sed quid ſi debitor non offert,nec deponit, ſed dicit ſe paratum ſoluere, & ſolo uerbo offert? Dicit Bar.in d.l.acceptam,ꝙ in rebus quæ offerri non poſſunt realiter, ut in immobilibus, dicta uerba habere uim ualidę oblationis, ut in auth. dos data. C.de donat. ante nup.aliàs nullum haberent effectum,niſi poſt talia uerba non acceptata creditor uendat

dat pignus, quia tunc poteſt debitor petere uenditionem reſcindi. d. l. ſi reſiduum. l. pen. de reſcind. uend. Bart. in d. §. ſi quis paratus. Sed quid ſi dominus, uel creditor non eſt præſens, nec aliquis pro eo, an ualeat conſignatio, & depoſitio ſine oblatione? Paulus in d. l. acceptam, col. 4. in fi. dicit, ꝙ debet adire iudicem, & ibi proteſtari, ꝙ eſt paratus ſoluere. d. l. ſi creditori, in fin. & expreſsiùs in l. ult. de leg. commiſ. Et talis proteſtatio habet uim realis oblationis ſecundum eundem Paul. in l. 2. C. de naut. fœn. l. pupillo. §. ſi quis ipſi prætori, de oper. no. nunc. aliàs autem non ſufficeret debitori propria auctoritate facere depoſitum, licet creditor abeſſet, nec propterea purgaret moram. Et ſic ſecundum eundem Paul. debet intelligi tex. in l. pecuniam, in fin. in l. cum quidam. §. ſi pupillo, de uſuris. Et ſi non poteſt habere copiam iudicis deberet ſecundum eum facere iſtam proteſtationem coram honeſtis perſonis, & rogare notarium ſuper eo. l. fi. C. de his qui prop. me. iud. non ap. & dicto §. ſi quis ipſi prætori. Eſt etiã ſciendum, ꝙ ad hoc ut fiat oblatio ualida, debet fieri loco, & tempore congruis. l. ſi ſoluturus, de ſolu. gl. in d. l. obſignatione. l. mora, de uſur. l. qui Romę, de uer. ob. cũ ibidem not. ꝑ Scrib. iõ fieri debet de die, & non de nocte, ut dicit Petr. in d. l. acceptam, Mod. Pariſ. ꝯſi. 57.

FL. Lu-

F *L. Lucius* Vbi emptor prædiorum, quæ poſt contractum emptionis ex principali diſpoſitione ab ipſo emptore fuerunt auocata, & alijs aſsignata, non poteſt aduerſus uenditorem agere de euictione, nec ad reſtitutioné precij, nec etiam illius retentione uti. Et ratio eſt ſecundum Iuriſc. quia futuri caſus euictionis poſt perfectam uenditionem non ad uenditorem, ſed ad emptorem pertinent. Et facit tex. in l. 1. C. de peric. & comm. rei uend. & l. neceſſario, ff. eod. tit. & l. fi. C. de act. emp. & l. ſi per imprudentiam, prim. reſp. de euict. ubi uiolentia, ſeu iniuria, quæ fit emptori, uel alia cauſa ſuperueniens non nocet uenditori, Iaſ. in l. ſtipulatio iſta, in prin. nu. 14. de uerb. obl. Salyc. in d. l. fin. C. de act. emp. concordat text. in l. ſi fundus, uerſ. nunc & ſi uendideris mihi fundum, loca. arguendo à contrario ſenſu, uidelicet, ſi publicatio, de qua ibi, fuit facta poſt traditam uacuam poſſeſsionem rei uenditæ, non competit emptori actio ad reſtitutioné precij, ſequitur Alb. in d. l. Lucius. Item facit doctrina Ang. in l. ſi filiò. §. ſi uir in quinquennium, ſol. matr. quem ſequit̃ Iaſ. in d. l. ſtipulatio iſta, ubi determinat, ꝙ Florentini, quib. fuerunt uendita certa loca, quæ paulo poſt fuerunt per Piſanos ablata, contra uenditorem de iure nullum poſſunt habere regreſſum dicta. l. fin. C. de act. emp. cum

ſimi-

ſimilibus. Et ratio eſt, quia per uenditorem transfertur omne commodum & incommodum in emptorem.

G *Sententiam*} Ante ſententiam, & poſt realē euictionem rei, ad quam agitur, non dicitur nata actio de euictione.l. ſi ſeruum, in princi. iun.glo.in uer.abeſſet, & ibi Bar.Alb.& Paul. de Caſt.de act.emp.l.euicta.§.duplæ.l.minor 25.annis,in fi.prin.l. ſi ſeruus.l. habere licere, ubi Ang.in 1.not.de euict.l.qui rem.C.eo.tit. Imo.in l.ſi fundum per fideicōmiſſum, in fin. prin.de leg.1. Alex.conſil.4.nu.1.& ſeq.lib.3. & conſil. 119. num.33. lib.6. Cæpol.caut.71. Iaſ.in l.quoties,num.48. C. de rei uindicatio. Bened. Capra in ſuis regul. commu. cap. 87. num.202.& 214.

H *Alluuione*} Quid autem ſit alluuio, & de eius effectu uide ultra locos communes uberrimo, & facili ſtilo per Iaſonem conſilio 126. lib.4. Mod.in conſuet.Pariſ.§.1.gl.5.nu.102. ubi aliqua utilia carpes ad propoſitum.

SVMMARIVM.

1 *Diligens explanatio. l. ex mille.*

1 L.EX MILLE} Accipio primū reſponſum. l. Titius erat dominus quartæ partis indiuiſæ mille iugerum ab alio uenditorum, poſtea

poſtea flumen abſtulit ducenta pro diuiſo, nouiſsimè Titius euicit ducenta indiuiſa reſidui, & ſic pro rata quartæ partis ſuæ indiuiſæ, quæſitum fuit quatenus eſſet commiſſa ſtipulatio duplæ? Et uidebatur pro quarta parte, primò quia euictio facta eſt iure, & nomine quartæ partis uerè ſpectantis ad Titium, & ſic cum quarta pars totius uerè eſſet aliena, uendicata & ablata fuerit, iuſtum, & ęquũ uidetur committi ſtipulationem pro eadem quarta parte, ſiue facias uim in uerbis; quia euictio eſt facta iure, & nomine quartæ partis, ſiue facias uim in æquitate, quia non uidetur fieri iuiuria uenditori, ſi urgeretur pro rata quartæ partis totius, ex quo ea pars erat prorſus aliena, nec debet uenditor lucrum facrum facere de alieno, ſaltem poſtquam emptor toto alieno caret ut hic. Tum etiam alia ratione uideretur iniuria fieri emptori, cui licet per euictionem non abſit, niſi quinta totius, tamen ceſſante euictione ſpes erat, quòd amiſſum per alluuionem in totum rediret per alluuionem, quam ſpem perpetuò pro quarta parte amittit euicta quarta parte reſidui, & ſic partim re, partim ſpe uidetur in effectu quarta pars totius euicta. Quibus non obſtantibus decidit Papin. non committi, niſi pro quinta parte, & rationem breuiſsimam, & efficaciſsimã reddit. Nã quod perijt (inquit) damno

damno emptoris eſt non uenditoris. Vult dicere, ꝙ ſicut id quod per euictionem (qua tenetur uenditor) infertur, damno uenditoris eſt, ita quod per flumen, uel alium caſum (quo non tenetur uenditor) aufertur damno emptoris cedit. Hæc autem concludit nõ ſolum in ſtipulatione, ſed etiam in actione ex empto, quatenus tamen ex primo capite (quod ad ratam rei precijque refertur) competit, quia tunc neceſſe eſt, ꝙ ad ratam rei euictæ limitetur ut ſtipulatio. Sed quia ſtipulatio in totum, & undique reſpicit euictionis, ſicut conditionis euentum, neceſſariò in totum limitatur ad ratam euictionis. Non obſtat prima ratio dubitandi, quia in materia euictionis non curatur de maiori iuris titulo aut qualitate euincentis, ſed de euentu, & executione euictionis. l. habere licere, de euict. Vnde ſi Titius habuiſſet dominium dimidiæ, uel etiam totius, ſi tamen quintam tantum partem euicit, non debetur euictio, niſi pro quinta parte, quocunque modo ſiue per intercesſionem uenditoris, ſiue per caſum etiã fortuitum impediatur euincere. Nec ſpes illa, ꝙ poſſet tanta ſequi alluuio quanta fuit eluuio (& ſic ꝙ pars quæ nunc euincetur poſtea augenda erat) conſiderabilis eſt, tum quia incerta, tum quia inutilis, iure abijcienda, cũ etiam oppoſitum, uidelicet, maior rurſus diluuio

diluuio contingere poſsit. Porrò licet per iudicium ſit euicta quarta pars inſpecto ſtatu præſenti, uidelicet reſidui, tamen hic ſtatus non debet attendi, ſed quantitas quæ erat tempore contractus, cuius in ueritate nō fuit euicta quarta, ſed quinta tantum. Et ſic ſtipulatio duplæ ipſo iure non poteſt committi ad duplā, niſi pro quinta parte totius, quod erat tempore contractus ad quod refertur. Et idē neceſſariò in actione ex empto ex primo capite, uidelicet, quo committitur ad ſimplum quintæ partis precij. Ex ſecundo uerò capite in id quod prẻterea intereſt ob euictionem, quod poterit eſſe nullum, uel plus, aut minus dicta quinta parte precij. Eius autem quod ablatum eſt per diluuionem, quia ſpectat ad periculum emptoris, uel domini non autem uenditoris, nulla debetur euictio, nec ex ſtipulatione, nec ex empto actione. Nec hæc analytica noſtra diſcuſsio ocioſa eſt, ſed ad multa utilis, non ſolum ad plenam lucem & intellectum l. ſed in praxi, ut ſcias quanti in conſulendo & iudicando referat emptorem ſibi cauiſſe de dupla, uel natura contractus contentum fuiſſe. Fac mille iugera uenijſſe decem millibus, & ſic quartam fundi bis mille quingentis, quintam uerò bis mille correſpondere. Si agatur dupla ratione quintæ partis euictæ, quæ eſt ducentorum iugerum,

habebit actor 4000. nec minus, etiam ſi nihil præter ratam ſimpli precij interſit; nec plus, etiam ſi pluris interſit. Agendo uerò ex empto conſequitur 2000. tantum pro rata precij ex primo capite. Ex ſecundo uerò capite nihil, ſi nihil præterea iuſtè intereſſe probet. Quòd ſi extrinſecus interſit ultra 2000. puta in quinque uel ſex millibus, quamquàm rarò contingere poſsit, poteſt tamen id conſequi ex quo non excedit totum principale, ita tamen ut ſi poſtea ob reſidui euictionem interſit, debeat primum illud intereſſe computari in duplo. Et ſic non obſtat quartum, quia nullum eſt abſurdum, dummodo uenditor non fuerit in dolo tempore contractus, uel poſtea colludendo, aut aliàs, quo caſu ceſſat hæc taxatio dupli. ¶ Subſequit̃ §. ſi totus, ubi non pars fundi, ſed totus fundus, poſtquã flumen partem abſtulit, euictus eſt. Quæritur quatenus commiſſa ſit ſtipulatio duplæ? Et prima facie uidebatur non in totum cõmiſſa, ſed ſolum pro rata reſidui, quod per euictionem iudicialem euictum eſt, deducto eo quod prius flumen abſtulit. Primò probat̃, quia hæc ſtipulatio non committitur, niſi quatenus ſit euictio per iudicium. l. non tamen, de euict. Secundò, quia diluuionis periculum non præſtat uenditor, ſed quod perit, emptori perit, ut in princip. huius legis. Si igitur

prius

prius dimidia uel alia pars flumine, caſmate, uel alio caſu perierit, reſiduo per iudicium euicto, non tenetur uenditor, niſi pro rata partis per iudicium euictæ. Quibus non obſtantibus decidit Papin. in totum committi, quod duobus claris argumentis probat. Sed in hoc decipiuntur glo. & Doct. ꝙ eas putant eſſe non ſolum rationes decidendi, ſed etiam rationes differentiæ prioris & huius reſponſi, ad quas minimè quadrant, nullam enim oſtendunt rationis differentiam, quinimò utrique reſponſo pariter congruunt. Vnde ad pauca aduertentes multis ſeſe tenebris inuoluunt. Prior enim ratio, quæ in hoc §. ſi totus, adducitur, ꝙ obligatio euictionis non minuitur, nec augetur, ſiue res euicta deterior aut melior facta ſit, non ſolum procedit ſi totum euincatur, ſed etiam ſi pars, ſiue pro indiuiſo, ut principaliter d. l. ex mille, ſiue pro diuiſo, ut in fi. eiuſdem. l. quia ad hoc bonitas, quę erat tempore contractus, utrobique attenditur, ad ſciendum quantum reſpondeat precio. l. 1. l. bonitatis, de euict. Et ſic non conclu dit aliud, ſed idem debere dici, tam in primo quàm in ſecundo reſponſo, & per totam ferè l. ꝙ portio flumine ſublata non cadit in euictionem, ſed cedit damno emptoris. Arguit idem in ſecundo reſponſo, ut ſtipulatio non cōmittatur pro toto, ſed ſolùm pro reſiduo

 uerè

uerè euicto. Tum uidetur his peculiariter eadem ratio in toto, quæ in parte, cum hæc ſtipulatio uniformiter commenſuretur ad duplum precij rei euictæ, ſiue totius, ſiue partis. Igitur &c. per l. quæ de tota, de rei vindicat. Quod erit luculentius ſi totus fundus flumine, uel caſmate perierit dempta decima parte, quæ poſt euincatur. Si enim pro toto committat ſtipulatio duplæ, ut in hoc §. ſi totus, damnum quod caſu contingit non ſpectabit ad emptorem, ſed ad uenditorem, qui tenebitur longè ultra quàm pro parte euicta, ꝯ prædicta iura, & contra. l. ſi ſeruus, & l. non tamen, eodem titulo. Hæc ſunt quæ reddunt d.l. obſcuram, in quo glo. & Doct. dum eluctari nituntur, magis intricant. Accur. enim uerbo damnum, ſentiens hanc repugnantiam reſponſi primi & ſecundi, ſoluit primò poſt Azonem, ꝙ parte euicta poſt eluuionem ſpes eſt id quod amiſsum eſt redditurum per alluuionem, & ſic non debet committi ſtipulatio, nec agi ob id quod flumen abſtulit, ſecus quando totum reſiduum eſt euictum, quia tunc omnis ſpes acceſsionis adempta eſt emptori, & ſic in totum etiam pro eo quod flumen abſtulit agi poteſt. Et hanc tenet Accur. Sed Iaco. Rauen. ut hic refert Alb. rectè ſubtiliterque reprobat, quia ſecundum hoc deberet cõmitti ſtipulatio pro rata partis totius

fundi,

fundi, quæ ſpectabat ad euincentem, uidelicet, ut in prin.l.pro quarta parte totius, quia certum eſt ſpem alluuionis pro tanta parte ademptam emptori, & translatam in euincentem. Et ſic hæc ratio ſubuerteret primũ reſponſum text. & faceret indiſtinctè locum eſſe ſecundo reſponſo, ut non pro rata reſidui per euictionem ablati, ſed pro rata iuris euincentis committeretur ſtipulatio. Secundò ſoluit Accurſ. ꝙ in §.ſi totus, etiam ſi flumen nihil abſtuliſſet, tamen totum fuiſſet euictum. Sed hunc merito reprobat, quia æquè in primo reſponſo conſtat, ꝙ quarta pars totius fuiſſet euicta, & ſic ſemper eadem utrobique ratio eſt de toto ad partem & è diuerſo. Alb.col.2.alijs uerbis conatur elabi, dicendo ꝙ in primo reſponſo non eſt aliquid diſputatum de parte ablata per flumen, an eſſet uenditoris, uel non. Sed hoc, præter id ꝙ diuinat, non quadrat, niſi diceretur, quòd pars pro diuiſo reſidui uendicabatur, uel quòd pars per flumen ablata erat fundus ſeparatus, in quo euincens nihil habebat. Sed utrunque eſt contra tex. qui loquitur de parte eiuſdem fundi per flumẽ prius ablata, deinde de quarta parte reſidui pro indiuiſo euicta, & ſic neceſſariò niſi diluuio præueniſſet, fuiſſet euicta quarta pars totius. Iaco. autem Rauenn. aliter reddit rationem, dicens ꝙ ubi tota res

euincitur ſpectat damnum dictæ diluuionis ad uenditorem, ſed ubi pars, ſpectat ad emptorem, exemplo emphyteutæ. l. prima, C. de iure emphyteutico. Sed certè hæc ratio præter id ꝙ deuiat à regulis communibus uenditionis. l. neceſſario, in principio, de peric. & commo. rei uend. inepta eſt, ut pote eadem cum dicto, cuius rationem quærimus. Tum in dicta. l. 1. tantùm caſus acciderat, & de ſolo caſu quærebatur, hic autem poſt caſum euictionis, nec directò de caſu, ſed de ſola euictione facta ſub nomine quotæ indiuiſæ, uel totius quæritur, & ſic d. l. 1. non eſt ad propoſitum. Quid dicendum? Ego dico, ꝙ in §. ſi totus, verſ. non magis, non ponitur propriè ratio decidendi, ſed confirmatio per locum à fortiori, & ab oppoſitis. Si enim totus fundus iniuria & ſic culpa emptoris deterior factus ſit, & tamen non diminuitur euictionis obligatio, ſed æquè ad duplam agi poteſt, igitur multo magis, aut ſaltem non minus, ſi non culpa emptoris, ſed caſu fortuito deteriorem & diminutum eſſe contigerit. Et rurſus per locum ab eadem contrariorum diſciplina. Si enim fundus melior & auctior fuerit factus caſu, non augetur quantitas euictionis, igitur ſi caſu diminutus fuerit, aut uilior factus, non minuitur euictio. Dices quòd eadem argumenta concludunt non debere

dimi-

diminui euictionem in primo reſponſo, ſicut nec etiam augetur propter alluuionem, ut in tertio reſponſo. Reſpon. hoc uerum eſſe, quia etiam in primo reſponſo non diminuitur euictio in parte euicta propter caſum. Vnde ſi fundus erat deterioratus & uiliſsimi precij factus, ſiue incuria ſiue caſu, non minus committetur ſtipulatio pro parte uerè euicta, quę eſt quinta totius, ſed ibi merito negatur committi ultra partem, quæ per euictionem auffertur, quia quod ideo per euictionem non auffertur, quia prius flumen abſtulit, non debet uenditoris, ſed emptoris damno cedere, per regulas caſus generales & notiſsimas in contractu emptionis & uenditionis, ut in l. neceſſario, & per tot. C. de pericul. & commod. rei uend. In his igitur ſingulis reſponſis tradit Papin. optimam & concludentem rationem decidendi ſui cuiuſque reſponſi, rationem autem differentiæ inter primum & ſecundum reſponſum non exprimit, ſed præſupponit, & in alijs iurib. relinquit, unde & ex materia ſubiecta petenda eſt. Ratio autem differentiæ & conciliationis eſt duplex. Prima, quia parte etiam indiuiſa reſidui euicta, non uerificãtur uerba ſtipulationis, niſi pro parte reſidui, & ſic non poteſt committi, niſi pro ea parte, ſcilicet, reſidui tantum non autem totius, quia eius quod perijt, nihil per euictionem aufert,

& ex quo formula ſtipulationis ſemel limitatur ad partem, neceſſe eſt ut limitetur ad partem realiter & per euictionem ablatam, toto uerò reſiduo iure & nomine totius euicto, uerba ſtipulationis uerificantur in toto, quia totum reſiduum eſt totus fundus, & totus euincitur, igitur in totum ſtipulatio committit, non deducto quod prius perijt. Non ignoro hac formula non præſcindi occaſionem cauillandi, referendo ad tempus contractus, quo inſpecto totum iſtud reſiduum, non eſt totus fundus, qui erat tempore contractus, ſed eius pars. Vnde do aliam duplicem rationem omni cauillatione ſuperiorem, nec minus in ſenſu communi, quàm in ratione ciuili fundatam. Videlicet, primò quòd totum ualet plus quàm omnes ſingulares partes per ſe, nec tantum ualent partes fundi ſeorſum conſideratæ, quantum totus fundus ſimul. l. Mæuius. §. fin. famil. hercíſ. l. Mæuius. §. in fundo, de legatis ſecundo. glo. & Doct. in l. prima, C. communi diuidundo. Barto. in l. uxorem. §. agri plagam, in fi. de legatis tertio. Salycetus in l. finali, C. de iure dotium. Nec obſtat, ꝙ non raró uſu uenit pluris diuerſis uendi ſingula iugera per ſe, quàm ſimul eidem cum tota uilla, uel ſyntheſi prædiorum. Tum quia illud cauſale eſt, & procedit ob ſingulares quaſdam circunſtantias, puta affectionis aut vicini-

uicinitatis ſingulorum emptorum, non autem perpetuò nec communiter; & ſic non eſt in conſideratione. Tum quia communiter illi qui eſſent empturi ſingula iugera, non eſſent accepturi totum, nec empturus totum eſſet empturus ſingula, nec inueniunt in fundis tot ſingulorum iugerum emptores, ut totum minutatim eodem tempore, uel anno uendi poſsit. Præterea ſatis eſt, quòd uni poſſeſſori totum utilius, & commodius eſt communiter, quàm ſingulis ſingula iugera ſingulari utilitate, uel affectione remota. Secundò dico, quòd ut plurimùm plus ualet modicum reſiduum totius uillæ ob reliquias plenioris poſſeſsionis & alia quædam commoda, quàm ſimplex adiectio, uel detractio tantundem ſpacij. Et conſequenter plus læditur & damnificatur cæteris paribus à quo totum reſiduum auferatur, quàm à quo ſingulæ partes, donec aliquid reſtat. Vnde ſi primò dimidia aufertur, deinde reliquum, dicitur nunc plus auferri & euinci, quàm prius; quia totum aufertur, & hoc etiam ſenſus communis (ut plurimum) oſtendit, quia ſæpe pluris intereſt reliquum reſiduum non euinci, quàm interfuerit prius dimidiam partem ſublatam fuiſſe. Ex multis enim cauſis ſæpe noſtra intereſt prædia habere in diuerſis locis, quòd luculentum eſt in prædijs

urba-

urbanis, poteſt etiam uſu uenire ſæpe (licet non æquè frequenter) in ruſticis, merito tota re iure totius euicta, committitur ſtipulatio in totum, quia uerum eſt dicere totam rē euictam, nec tam iuſta ratio ſubeſt limitandi ad partem, quæ non eſt, nec ulla remanet emptori, & ſic apparet non eſſe hic eandem rationem in toto & in parte, & ſic non obſtat dicta.l.quæ de tota,ſed dicto.§.ſi totus, cum tota reliqua.l.rectè conciliatur. Et ſic reliqua plana ſunt, ut in §. quòd ſi modo, ubi ponitur caſus ſuperioribus oppoſitus, uidelicet quādo fundus non eſt diminutus, ſed auctus per alluuionē, poſtea pars pro indiuiſo euincitur, & ſic tam de antiquo quàm de augumento, & ibi deciditur non committi ſtipulationem, niſi pro rata antiqui ſtatus fundi, non autem pro rata augumenti, & optima ratio decidendi datur, quia alluuionis periculū (ideſt,euictionem,ſeu habere licere) non præſtat uenditor,hoc eſt, non tenetur de euictione augumenti, & eſt idem quod dixit in fi. d. §. ſi totus, non augeri quantitatem euictionis,ſi res melior facta ſit. Vnde ſi quinta pars fundi uenditi indiuiſa erat Titij,deinde per alluuionem quinta pars augendi, quæ eſt ſexta totius aucti acceſſerit,poſtremo Titius euincat quintam totius aucti,nō in plus committitur ſtipulatio duplæ, quàm ſi ceſſante alluuio-

uione ſola uetus quinta pars euicta fuiſſet.

¶Sũ nunc in quarta parte. l. §. q̃ſitum, ubi ponit caſus ex ſuperioribus, ſcilicet, diluuione & alluuione miſtus, uidelicet, quando ex dictis mille iugeribus, quorum quinta pars indiuiſa ſpectabat ad Titiũ, primò flumen 200. abſtulit, mox per aliam partem 200. retulit, nouiſsimè Titius quintam ſuam partem indiuiſam de toto quod inuenitur, & ſic 200. euincit. Quæritur pro qua parte committatur ſtipulatio duplæ? Et (alijs quidem multum probabitur) uidebatur committi pro quinta parte. Tum quia uerè realiter & effectualiter & per iudicium euincitur quinta pars fundi, utroque etiam tempore inſpecto & cõtractus & euictionis. Tum quia ex quo tantum attulit alluuio quantum abſtulit eluuio, uidetur prioris ſtatus eiuſdem fundi redintegratio. Facit ꝙ incrementum alluuionis non eſt nouus ager, ſed pars primi. l. adeo. §. 1. de acqui. rer. dom. & omnino fit ſimile ei cui accedit. l. ſi ego. §. idem ait, de pub. act. & per omnia unionem identificam operatur, Mod. in conſu. Pariſ. §. 1. gl. 5. nu. 99. cum ſeq. & tanto fortius quanto eſt reciprocatio, ſeu uiciſsitudo prioris eluuionis, cuius loco ſurrogatur & rei incorporatur, ut hic. Sed forſan nec hoc quidem huic emptori ſufficiebat, ɔtendenti committi pro quarta parte, ex eo ꝙ illud quod

 euin-

euincitur aſcendit ad quartam partem reſidui poſt diluuionem, & alluuionem ſecutam debere prodeſſe uenditori. Papin. Scite & ingenioſe ex ſuperioribus colligit, nec pro quinta nec pro quarta parte mille iugerum committi ſtipulationem, ſed ſolum pro quinta parte 800. ſiue reſidui poſt diluuionem, quia quod nouiſsima alluuione reſtitutum eſt, habetur pro noua regione, ſeu noua acquiſitione, quæ non fuit uendita, quæque ad hanc euictionem non pertinet, in qua ſolum conſideratur quod per iudicium de eo quod uenditum & traditum fuit euincitur. Cum autem de his 200. quæ nunc uindicantur à Titio 40. euellantur de alluuione, non ſunt illa 40. iugera in cõſideratione, ſed ſola 160. quę de octingentis illis reſiduis eorum, quæ uendita & tradita ſunt euelluntur, conſequenter non committitur ſtipulatio, niſi pro rata 160. tantum, & ſic nec pro quarta, nec pro quinta parte, ſed paulo poſt ſexta parte rei uenditæ tantũ. Hæc autem clariſsime & neceſſario colligun tur ex ſuperioribus, quia ꝙ nõ committatur pro eo quod euellitur ex eo, quod acceſsit ꝑ alluuionem, eſt caſus in d. §. quæſitum, ꝙ aũt reſiduum, uidelicet 160. iugera non debeat ad reſiduum 800. (quorum eſſet quinta pars) caſus eſt in princ. eiuſdem. l. cuius reliquum per ſe patet nec expoſitione noſtra indiget.

Sic

 368

Sic diligenter conſiderant Moder.in l.1.C.de ſen.quæ pro eo quod int.pꝛof.nu.109.cũ ſeq.

